

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Petrus Hoppener

**Perogymnasma Sabbatoskeptikon ... Aspirante Et Patrocinante Sa[b]bathi  
Institutore Ter-Maximo**

Rostochii: Pedanus, 1613

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737662697>

Druck    Freier  Zugang



P. Koppener.  
R. U. theol. 1613.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn737662697/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737662697/phys_0002)

**DFG**

Halle

ΣΥΝ ΘΕΝ.

ΠΕΡΟΓΥΜΝΑΣΜΑ ΣΑΒΒΑ  
ΤΟΣΚΕΠΤΙΚΟΝ *Perogymanastika  
rem - bbat i explicans, sollicitat et plicans*

ASPIRANTE ET PATROCI-  
NANTE SA BATHI INSTI-  
TUTORE PETER-MAXIMO,

M. PETRO Höppeneri, ROSTOCH. POETA CÆSA-  
rio, Laureato, Philotheologo, Iudiq; qui est in patriâ, Se-  
natorij Collega ordinario, & ad D. Petri Cantore  
*ex doctrinæ meletematis comportatum,*

CENSENTIBUS ET APPROBANTIBUS  
REVERENDÆ FACULTATIS  
THEOLOGICÆ IN ILLUSTRIBUS

ROSTOCHIENSIE T GRT-  
PHISWALDENSI ACADEMIIS  
ANTISTITIBUS.  
*publici urbis factum.*

Anno

ROSTO-  
Typis Jo-  
Peda-  
Academia  
exscri-



Scrutamini  
scripturæ, Ioh. 5. v.  
39. Ego enim Domini  
& non mutor.  
Mal. 3. v. 6.

1613.

CHII,  
achimi  
ni,  
Typographi  
prum.

SPECTATISSIMO, PRUDENTISSIMO, PIETATE,  
te, Probitate, rerumq; usu præstantissimo reipublica BAR-

DENSIS, qua in Pomerania est citeriori, Senatui,

| Henrico Wichman/

| Christiano Crusen/

| Georgio Stagen/

} Consulibus.

Petro Cisarri/

Ioachimo Rangen/

Nicolao Nodtbrechis

Dnn. | Simoni Langken/

| Ioachimo Rungen/

| Christophoro Dgkeli/

Nicolao Begken/

} Senatoribus.

Matthiae Wichman/ à Secretis.

Dnn. affinibus, amicis & fautoribus meis itudine  
colendis eū exēzū autor.

**Q**UI BARDIUM Viri DICES moderamine  
rem - publicam dispaniti,  
rūparatua præsens offero vobū, dosin  
Vos candidē capessite  
in orthodoxia agnitam collegij,  
atq; approbatam calculo  
sinceriore. Sic supernus arbiter  
vestram diu rem - publicanis  
salvam regatq; protegatq; & vivido  
cultu virentem roboret.  
Salvete cuncti. Vos decusq; nominis  
WICHMANNIANI nobiles  
salvete multū, bīga fratrum splendida,  
meliore digna carmine.

Raptim ex ἀσκητησίᾳ nostro  
prid. D. Michaelis Archangeli.

Anno τῆς Τούτης Αρχαγγέλου 1613.



A<sup>ρ</sup>χ<sup>η</sup>ρα hoc explicat

i. Defini- { 1. ἐπιμολογία. p. 1. & seq.  
tū, ubi da- 2. ὁμονυμία. p. 3. & seqq.  
tur 3. συνωνυμία. p. 6.

{ 1. res. ubi 1. Efficiens. p. 9.  
Sabbathi 2. Materialis. ibid.  
Causa } (α)  
{ 3. Formalis. p. 14.  
4. Finalis. ibid.

{ Externa, Politica, p. 18. 1. Dei, p. 18,  
ibid. eaq<sup>z</sup> 15. ubi ex- 2. Ecclesiae, 1. Salus, ib.  
vel ceptio qua- ibid. & p. seq.  
druplex vel 3. Proximi, 2. Neces-  
respectu ibid. ubi tas. p. 19.  
Ecclesiasti- spectatur & seqq.  
ca. 38. 4. Superio- (β)  
rum, p. 34.

Interna, p. periturae, i-  
39. quæ est bid. & p.  
vita vel seq. &c.

mansure,  
p. 41. &c.  
(γ)

2. Definitionem, 2. Circum-  
pp. 1. 6. stantia. (δ)  
ubi expli-  
catur Sab-  
bathi  
3. Antithesis. sis. p. 65.

(α) hic probatur Ante promulgatam legem in mon-  
te Sinai observatum fuisse Sabbathum. p. 10. & seqq.

(β) hic

(B) hic affirmatur Piscium in necessitatis casu temporis festi noctibus capturam pie instituit posse. p. 27. & seqq.

(V) Commodo hic interiectetur Iter Sabbathi, in cuius consideratur. 1. Statuti ortus. p. 43. 2. Itineris mensura. p. 44.

(d) hic s. i. Translatum refellatur luctu argumentatur, diem Sabathi in cunctis generalia. N. T. recte esse p. 45. & seqq.  
2. in diem Domini cam, translatum. p. 59.

i. memoria resurrectionis Christi. p. 60.  
idq propter 2. eductionis vincorum è lacu. p. 61.  
3. missonis Spiritus Sancti. p. 62.  
2. symbolum distinctionis ecclesiae  
N. T.

1. à V. T. & ab Eltoni-  
Judaorum. p. 62. corum. &  
Turcarū. id.





S T N Θ E Ω.

**S**abbathum est dies à Deo populo suo institutus, ut à negotijs secularibus operibusq; servilibus feriantes memoriam conditi mundi frequentarent, inq; exercitijs divini cultus legitimè occuparent, idq; ad gloriam DEI, & ad bonum Ecclesiæ. *Sive brevius:* Sabbathum est quies, quâ DEO adhæremus, relictis negotijs secularibus.

## E K Θ E Σ I Σ.

**S**abbathi vox ( ultimam syllabam Sabbathi quandoq; aspiramus, idq; imitatione Ebraorum: quandoq; non; idq; Græcorum ) originaliter Ebraea est: Schabath enim apud Ebraeos dicitur quies, Aret. in probl. loc. 55. p. 169. licet communis sit ea pariter & Gracis & Latinis, quorum tamen illis επιλυκώσ Αράταυτις, his παραινέοντες, quies aut dies quietis dici posset. vide eund. Gentiles, notante eod. testeq; experientiā diem Saturni vocant, eundemq; quieti sacrarunt, quod putarent civilibus actionibus bellicisq; negotijs ineptum esse, contemplationibus verò idoneum. Ideoq; hoc die implorandum patrocinium contra discrimina uigilūχημata. Unde & Graci Theologicum Iudaicis σαββατικού

2 Βέαν περ ἀναπάνειν, h.e. à laboribus feriari explicitant. Ἐπιστ. ad Heb. c. 4. σαββατισμὸν τοτες περ κατάπαυσιν exponit. Gracorum aliqui, inter quos est Plutarchus, Σάββαλον à σαβάζειν deducunt, quæ notatio insulsa, imò injuriosa, & Christiano indigna. Ethnico vero dignissima est. τὸ Σαβάζειν n. deflexum à Σαβῖαι (quæ erat vox Bacchantium, subiungebatur τῷ Εὐοῖ qua vox ibidem à Bacchantibus Baccho acclamabatur, q. εὗ ὅ, benēsit illi, ἐνοῖ βάνχε Dionys. Alex. ut patet ex his Demost. καὶ βωῶν ἐνοῖ σαβῖαι. Horat. lib. I. carm. od. 19.

Eua recenti mens trepidat metu εἰς.)

Significat Bacchari, σαβῖαι Bacchantium in morem clamitare. vide Hesych. unde Germanorum illud Sauffen / ut annotat Becmann. de origin. lat. ling. Licet praetextu hoc hanc suam notationem pallient, quod Iudei lauius Sabbatho vivere, & hilaritatem etiam lege praeceptam præse soliti sunt ferre. Aret. in probl. p. 169. verba autem Plutarchi hac sunt Οἴμους ἡ γὰρ τῶν σαββάτων ἐστίην μὴ παντεποιεῖν ἀπροσδιόνυσον εἶναι. Σάββας γὰρ καὶ νῦν πελλοὶ πόνος βάνχους καλοῦσι. Εποχ; αὐτοὶ δὲ τὸ λόγω μαρτυρεῖσθν, ὅτι σάββατον ἡμῶν, μάλιστα μὴ πίνειν καὶ οὐκέπειν παρεχονταί εἰσιν τες ἀλλήλους. Verum, ut recte Aret. ait, Sabbatho Iudeorum nil commune fuit cum Sabbathis Bacchi sacerdotibus & manadibus, imo usq; adeò exosum fuit gentibus nomen Sabbathi, ut Gracis & Romanis Sabbathum celebrare capitale esset, ut repetit Calvin. in c. 16. act. ad V. 13. Non ergo σάββατον à σαβάζειν defluxit: sed contra σαβάζειν à σαββάτῳ descendisse videri potest. rationem vide apud Aret. p. 170.

Germanus dicitur der Sontag idiotismo ethnico, sicut Montag. Mathes. in Catechishomil. I. super tert. præcept. Christiani autem etymologiam allusivam hic statuunt, plam tamen, q. dict. a sit dies Sontag/ q. der Söne tag / quod innocens Christus resurgens eā die patri reconciliarit peccatores.

alijis

alys, inter quos est D. Mirus in εζηνται textus Evangel.  
Dominic. 17 post Trinit. p. 411. sic dicitur q. des Sohnes  
Tag. alias & dicitur der Ruhetag / Feyrtag / Heyltag/  
D. Luth. tom. I. Jenens. edit. prim. german. p. 274. &  
tom. 4. p. 545. à vocibus, ut patet, Ruhēn / Feyren / Heyligen.

Etsi autem Sabbathum quietem & hominum & animalium, item terra, ut Levit. 25. & altos festos dies, quibus sacerdotes peragebantur, ut ibid. c. 23. significet, Wigand. in catechist. explicat. libr. 2. p. 430. Matth. Flac. Illyr. in clav. S.S. part. I. sub voce Sabbath. qui sequebantur Sabbathum, vide Wigand. ibid. p. 435. Bullinger. in præfat. serm. ecclesiast. fest. dier. item in plurimum dierum festo, peculiariiter primam & ultimam diem illius totius festi: unde est, quod Luc. c. 6. v. I. οαββάτς δευτερότητα h. e. Sabbathi secundo primis mentio; quomodo vocarunt octavum diem magna aliquujus festivitatis. Nam cum quedam festa Iudeorum ita per integrum octiduum durarent, ut primus & octavus essent celeberrimi, intermedij vero parum à profestis different, factum est, ut octavus dies, qui ideo valde sacer habebatur, quod eo tota ecclesia conveniret & festum ageret, atq. deinde dimitteretur, dictus sit Sabbathum secundo primum, h. e. quod ordine quidem secundum, ad præcedentes vero dies (q. profestos) collatum ratione solennitatis, primum & principium esset. vide Osiand. in locū cit. Flac. in clav. SS. l. d. Brentius autem in l. Lucæ cit. intelligit nomine οαββάτς δευτερότου diem Pentecostes. vide locum. et si item Sabbathum collectivè Postill. Melanchth. à Pezel. collect. part. 3. p. 587. significet totam septimanam, eadem part. postr. p. 195. & seq. vide & Flac. in clav. l. cit. qua interclusa est duobus sabbatis, Bulling. l. d. idem per ναπάχεν, Centur. I. Magd. libr. I. c. 6. p. 244. ἡ ουρεκδοχῆ, Flac. d. l. (Germ. hanc appellant septimanā Wochē vel à Wachen/ quia septimus dies vigiliam suam habuit, da

II.

Opuscula  
pica.

A 2

ist

ist man kommen ad nocturnas preces. Man hat Metten ges-  
halten / vel à vicibus, das die sieben Tage sein vmbgewickelt/  
id est, quia septem dies sunt exacti, & iterum alij septem incipi-  
unt. postill. Melanchth. ibid.) ut Luc. 18. v. 12. νυσεύω δις τοῦ  
օντος, item, omnes dies sabbathi collectivè sumpti, h.e. heb-  
domada, ut Math. 28. v. 1. ubi πλα ὠντος τοῦ πρimum diem  
post Sabbathum propriè dictum, h. e. primam septimanæ diem si-  
gnificat. confer & I. Corinth. 16. v. 2. Act. 20. v. 7. imo &  
ad hanc uariè τρόπῳ deflectatur significationem, ut universum  
ministerium denotet, quo sensu sabbathi observatio universam  
publici ministerij conservationem, cultum Dei religionemq; com-  
plectitur, quia in Sabbatho tot mysteria continentur, Bulling.  
in præfat. serm. eccl. &c. idemq; præcipuum cultus divini sym-  
bolum erat, Calv. in c. 56. Es. ad vv. 2 . 6. utpote in cuius obser-  
vatione præcipue consistebat religio, idem in comment. in  
Exod. in exposit. præcept. 4. ad v. 8. quod eleganter Iosias  
Simler. in c. 20. Exod. p. 92. explicat, quis sic: Sabbathi negle-  
ctio erat neglectio & contemptus cultus Dei, qui Sabbatho per-  
agebatur, & sacri ministerij, cui sabbathum sanctificatum erat,  
& spei & quietis sanctæ, quam adumbrabat: unde cū quaritur  
Dominus religionem profanatam, Sabbathum violatum dicit.  
Bulling. l.d. Calvin. in institut. lib. 2. c. 8. §. 29. q. omissis  
hoc obsequio nihil amplius restaret, in quo Deus posset honorari,  
hic l.d. quæ & facit Zwingl. in comment. c. 56. Es. ad verba:  
Qui custodit &c. Nos tamen imprimis de Sabbatho septimi di-  
ei hic agimus.

Sed age, ut in solidum οὐαρυμία explicetur, has & species:  
Sabbathi adscribamus.

5 5

Sabba-

Externū, quod & Ceremo- niale di- citur, in- stitutūq; est à Deo vel	Immediate idq; in V.T. ut Sabba- thum	Septimani. ut dies septimus, de quo Gen. 2. v. 3. Exod. 20. v. 8. Deut. 5. v. 12. & passim.	
		Primani, sive Calendarum, ut Neomenia, sive festum Calendarum, de quo Num. 28. v. 11.	
		Paschæ, de quo Exod. 12. v. 1. &c.	
		Pentecostes, sive heb- domadarum, de quo Ex- od. 23. v. 16. Levit. 23. v. 15. Deut. 16. v. 16.	
		Anniversa- rium, b. e. singulis an- ni semel ce- lebratum, idq; vel	Tabernaculæ, sive Scen- pegorum, de quo Levit. 23. v. 34. Deut. 16. v. 16.
		Magnum, ut	Tubarum, de quo Levit. 23. v. 24.
		Parvum, ut	
			Expiationis, de quo ibid. v. 27.
Mediate, b. e. per eccl- esiā, idq; in N. T. ut di- es Domini- cūs.	Non anni- versarium b. e. post plures an- nos recur- rens, ut	Sabbathum terræ, Levit. 25. v. 1. &c.	
Internum, quod & Morale & Spirituale.		Annus jubileus, ibid. v. 8. &c.	

A3

&amp; hacce-

**E**s hac tenus de Sabbathi speciesbus divinitus insinuti: Humanis  
Sabbathi species duas sunt, Purim, de quo Esth. 9. v. 17. Ence-  
nia, I. Machab. 4. v. 59.

**III.** Συνώνυμαν Sabbathi quod attinet, dicitur alias Sabbathum  
Domini, Exod. 20. v. 10. confer c. 31. v. 13. ibid. Levit. 19. v. 3.  
πία. Ezech. 20. vv. 12. 13. &c. dies Sabbathi. Exod. c. cit. v. 8. Deut.  
5. v. 17. Ierem. 17. v. 27. vide & Exod. 31. v. 15. ubi requies  
sancta Domino, & Deut. 5. v. 14. ubi requies Domini Dei no-  
strri Sabbathum κατὰ τρόπον dicitur. dicetur & non incommodè  
Sabbatum requietionis, ex Levit. 16. v. 31. quamvis ibi de fe-  
sto Expiationis in specie loquatur Dominus. vide & συνώνυμα  
germ. quæ supra, ubi de vocis Sontag etymologia egimus, re-  
citavimus.

Græcis definitur Σάββατον Κατέπονσις τῆς ψυχῆς λεγομένης  
καθ' ἦν πέφυκε μὴ ὑπερβαίνει τὸς τῆς Φύσεως ὄρους. Quæ defi-  
nitio finem allegoricum Sabbathi respicit, ut & hæc Iudaorum,  
quæ Sabbathum secretum Dei viventis, sive otium à peccato, à  
quo Deus semper feriatur, definiverunt.

Latinorum aliquibus, inter quos est Anselm. in epist. ad  
Coloss. c. 2. & August. requies, quam animæ sanctorum ha-  
bent à vitijs in præsenti vita, & quam habitura sunt corporibus  
exuta in futura, definitur. Sed definitiones hæc & similes spi-  
ritualem, non literalem sensum portendunt, sive, quod idem,  
ἀληγοριαν sapiunt, non tam rem ipsam per se, quam ex fine &  
relatione ejus rei, cuius sacramentum Sabbathum fuit, con-  
siderantes. Danæus in eth. Christ. p. 149. b.

Quia autem septimo die à creationis exordio Dominus qui-  
evit, in rei memoriam dies eadem sabbatum dicitur. &c.,  
Aret. p. 169.

Cur autem septimus dies Sabbatho seu quieti sacra consecra-  
tus sit, rationem ex Astrologia petitam Philo afferit: Nos eam,  
quam iuxta suggerit, probamus, nempè, quod creationis mundi  
causa

causa hoc factum sit, quod omnia rerum universitas septimo die  
jam perfecta & absoluta fuit, homog. intelligere deberet, se ad  
Deum colendum creatum esse. &c. vide Zanch. vol. cit. p. 856.  
unde & Sabbathum Dei, non Israëlis nuncupat Sabbathum  
SS. Deus ipse per Prophetas & Apostolos Sabbathum suum, Sab-  
batha sua appellat. vide eund. p. 857. Alias & ex numerorum  
mysterijs quadam afferuntur, qua, ut probabilia, suo loco relin-  
quimus: puta Senarium, qui est numerus perfectus, & ex omni-  
bus suis partibus conficitur, ut nihil desit, nihil redundet, perfe-  
ctionem operum Dei indicare; Septenarium vero, qui est impar  
maximus incompositus, quietis numerum Sabbatho congruere.  
Simler. in c. 20. Exod. p. 92. ἐξίγοντι petis? Senarius pri-  
mus numerus perfectus est, nil, quod redundet, nil, quod super-  
fluat, habens. Ecce enim unum, qua sexta pars: ecce duo, qua  
tertia: ecce tria, qua dimidia; hæc juncta senarium efficiunt.  
idem. vide & de eo Bed. tom. I. p. III. tom. 2. p. 65. & seq.  
ubi gloss. Bridefert. Ramesiens. tom. 4. pp. 20. 294. 431.  
563. 1047. 1107. 1218. tom. 8. pp. 13. 53. Septenarius neq; ex  
quoquam nascitur, nec ipse quenquam infra denariū duplicatus  
generat: unde à veteribus Virgo appellatus, & in sacris literis  
sacer quieti factus est, &c. vide Martin. Borrh. in c. 2. Gen.  
p. 36. & seq.. Sex etiam mundi atates, & sex millenarij ex o-  
raculo quodam Elia constituantur, post quos aeternum sabba-  
thum, Simler. l. d. Borrh. p. 37. Mysterium septenarij incul-  
cat Calvin. in institut. lib. 2. c. 8. §. 30. & passim. agnoscit  
idem P. martyr. in c. 2. Gen. & L. C. class. 2. loc. 5. n. 37.  
loc. 7. n. 1. Borrh. pp. cit. Damasc. περὶ ὁροθεσ. πίσ. lib. 4. c. 24  
ἐπὶ τὸν οἰστέον, ἐπὶ τὸν οἰκλα τὰς μόδις πάντα τὸν περόνην χρόνον δῆλοι.  
&c. vid. & Andr. Archiepisc. Cæsar. comment. in Apocal.  
pp. 4. 6. 34. 65. 103. vide & Bed. tom. 4. pp. 243. 606. 829.  
tom. 5. pp. 171. 849. tom. 7. p. 325. tom. 8. p. 624. & pas-  
sim. & Augustin. epist. 119. ad Jan. & in quæst. in Deut.  
quæst.

quæst. 40. & lib. 41. de civitat. Dei c. 31. & Zanch. vol.  
 cit. p. 856. qui egregie hic commentatur. Significat autem  
 Sabbathum χελήν, h. e. quietem & otium non simpliciter, sed  
 determinatè ad studia doctrina de Deo, & rerum divinarum  
 meditationem & preces, cultus ac laudes divinas. Chytr. in  
 reg. vit. in εἰζηγόται 3. præcept. est q̄d ei, ut apparet, ab eventu  
 nomen inditum. Diebus enim sex creatio rerum est absoluta,  
 & septimo ab opere quievit Dominus. Aret. p. 169. ex Gen.  
 c. 2. v. 2. 3. δῆλοι ἐπὶ τὴν περιπέτειαν (ἥβδόμην ἡμέρα) ἐν ἀυτῷ  
 γὰρ κατέπεινον ὁ θεὸς δύο μέν των ἡῶν ἔργων ἀντδ, ὡς Φησιν ἡθεῖο  
 χραφή. Damasc. περὶ ἀρχῶν. mīs. libr. & c. citt. non quidem ac  
 si non continuè agat & potenter omnia in omnibus operetur, eti-  
 am. hodie, Eph. 3. v. 20. paterq; cum filio ad hunc diem usq; ope-  
 retur, Johan. 5. v. 17. quibus & adde Genes. 8. v. ult. ps. 119. v.  
 91. Sap. c. II. v. 26. c. 12. v. 18. c. 14. v. 3. Col. I. v. 17. Ebr. I.  
 v. 3. sed quia, ut Augustin. respondet, est diversa actionum Dei  
 ratio, sic ut & creando & providendo agat; illa quidem desit, pu-  
 ta, dum non creantur novi subinde mundi, ut Anaxagoras  
 deliravit, innumerabilesq; ac nova rerum species: hac minime.  
 Species enim à se conditas per individuorum continuatam pro-  
 pagationem sustentat, conseruat & gubernat. Pertinet namq;  
 ut est Sap. 8. v. 1. à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia  
 suaviter (locum hunc & Augustin. lib. 4. de Genes. ad lit.  
 c. 12. hoc sensu allegat) omnium providentiam habens. Iren. I.  
 5. c. 41. vide Augustin. in Joh. & in quæst. in Exod. & lib.  
 4. de Genes. ad lit. cc. 10. II. 12. 14. 15. 17. eund. lib. 5. ibid. c.  
 20. confer. & lib. 7. de civit. Dei. c. 29. Chrysost. in c. I.  
 Genes. sub finem. Bed. lib. de s. dier. creat. p. 91. & in qq.  
 super Genes. p. 138. Euseb. de præparat. evangel. lib. 13.  
 p. 274. & seq. id quod etiam sanior, imò maxima pars gentili-  
 um, qui veritatem Dei in iniustitiâ detinuerunt, Rom. I. v. 18.  
 profligato Epicuri dogmate, quod agit. Διατριβὴ repetit Chemin.  
 part. I.

part. L. C. de creat. c. 6. ubi de Providentiā, p. 318. & Philosophorum quorundā, qui incorruptibilita tantum, corruptibilita verò non statuerunt Providentia divina subiecti, ex Job. 22. v. 14 contra Sap. c. 6. v. 8. c. 12-v. 13. Matth. 10. v. 29. Luc. 12. v. 6. quorum meminit Augustin. de Genes. ad lit. lib. 5. c. 2. vide Chemnit. part. L. C. & p. citt. fassē sunt, statuendo Providentiā Deorum mundum & omnes mundi partes & initio constitutas, & omni tempore administrari. Cic. I. de Nat. Deor. dum non tantum consulunt rebus humanis universis, sed & singulis. id. de Divinit. dispice, si placet, Stoicorum totum de Providentia dogma, quod brevibus repetit. Chemnit. ibid. adde & Augustin. lib. I. de civit. Dei c. 4. ubi Platini Platonici sententiam de Providentia insigniter commendat.

Antiquitatem Sabbathi quod attinet, fuit id omnibus gentibus celebre, unde Poëta,

ἡ ἐβδόμην ἡερὸν ἡ μαρ.

veteresq; hinc & tā dici putaverunt, q. or. & tā, propter hujus diei venerabilem memoriam. &c. Borrh. in c. 2. Genes. p. 36.

Causa efficiens instituensq; sive autor Sabbathi Deus est, utq; non hypostaticè, sed absolute simpliciterq; consideratus, tota scil. Trinitas, quæ mundum creavit, Verbo quippe Domini cœli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis exercitus eorum. psalm. 33. v. 6. septimoq; diej, cœlo & terrâ omniq; eorum ornatū perfectis, benedixit Gen. 2. vv. 1. 2. 3. Sabbathum ita instituens, l. d. vide Wigand. in explicat. catechist. lib. 2. p. 432. Flac. in clav. SS. in voce Sabbath. confirmans, Exod. c. 20. vv. 8. 9. 10. 11. c. 31. vv. 13. 14. 15. 16. 17. c. 35. vv. 2. 3. Levit. 19. v. 3. Deut. 5. vv. 12. 13. 14. 15. & ad confirmatum prouocans. Ezech. 20. v. 12.

Materia Sabbathi, sive hi, quibus institutum est Sabbathum, sunt omnis populus Dei. Primitis n. parentibus & toti posteritati ipsorum sabbathum primitus est institutum. Gen. 2.

B

vv. 1. 2.

Sabbati  
causa

I.

II.  
Materi-  
alis

10 vv. 1.2. confer Exod. 20. v. 11. Wigand. l. a. *Absolutio  
enim hoc suo creationis opere, deinde septimum diem magna so-  
lennitate consecravit Deus toti generi humano, ad sacros cultus  
eo die peragendos, in perpetuam hujus rei memoriam & testi-  
monium, quod Deus omnia propter homines considerit, & vi-  
cissim honorem & cultum pro suis beneficijs ab hominibus mere-  
atur & requirat.* id. p. 433. vide eund. p. 442.

Tertullianus lib. aduers. Jud. dum Sabbathum tempora-  
rium fuisse, & propterea abrogandum probaturus est, hinc pro-  
bat, quod Sabbathum ante promulgatam legem anno ab O. C. ut  
quidam supputant, 2453. à Iudeis celebratum non sit. verba  
ejus hac sunt: Doceant Adam sabbatizasse, aut Abel hostiam  
Deo sanctam offerentem Sabbathi religione placuisse, aut Enock  
translatum Sabbathi cultorem fuisse, aut Noë arca fabricatorem  
propter diluvium immensum Sabbathum observasse, aut Abram  
in observatione Sabbathi filium suum obtulisse, aut Mel-  
chisedech in suo sacerdotio legem sabbathi accepisse. &c. Sed  
verba ejus, ut Jos. Simpler. in c. 20. Exod. p. 91. notat, sunt  
non de omni observatione, sed de illa rigida quietis & cessationis  
exactione, qua apud Iudeos in usu fuit, intelligenda. Simplicies.  
ter autem de Sabbatho temporali omni ea intelligit D. Pelarg.  
in c. 24. libr. 4. Damasc. οἱ οἱοδοι τις. p. 237. b.

Sed ageris aliorum placita de questione hac, An in V. T.  
ante promulgatam legem in monte Sina observatum fue-  
rit septimo hebdomadis die Sabbathum? audiamus.

Postilla Melanchth. à Pezel. collect. part. postr. p. 196.  
Dies septimus fuit dies quietis etiam ante legem. Wigand. in  
catechist. explicat. lib. 2. p. 433. sic inquit: Non primum in  
monte Sinai institutum est Sabbathum, sed ibi solummodo est so-  
lenniter repetitum & confirmatum voce divina. Brent. in c.  
58. Ef. ad v. 13. Si averteris. Hoc enim (puta, ut Sabbathum  
sit publicum monumentum, quod mundus non considerit ab  
eterno

aterno, sed acceperit initium à Domino &c.) sibi volunt verba  
legis, cum in institutione aut potius (NB.) confirmatione sabbati (Exod. 20. v. II.) additur, sex diebus fecit Deus cælum & terram, mare, &c. Calvin. in c. 16. Exod. ad v. 5. sic habet: Ita re ipsa septimus dies consecratus fuit antè legem promulgatum. Quanquam incertum est, an quies jam antè à patribus observata fuerit, quod (NB.) probabile videtur, de quo tamen pugnare nolim. P. Martyr. in c. 2. Genes. Non observatio Sabbathi cœpit data in Sina, sed antè celebrabatur, ut in manna pluvia. Bulling. in Matth. lib. 5. p. 118. Fuit observatio illa quietis celebri semper & vetustissima, non per ipsum Mosen primum latâ lege prodita & inventa. Nam in Decalogo MEMENTO inquit, sive RECORDARE dies sabbathi, ut ipsum sanctifices, hisce ceu veteris commonefactens constitutionis. idem in exposit. c. 14. ad Roman. p. 108. Sabbathum non ab ipso Mose, ut ceremoniale, sed à patribus, sive ab ipsa potius mundi origine ex traditione Dei accepimus. vocū RECORDARE ἐμφασιν hanc notat & Simler. in c. 20. Exod. p. 91. item Bulling. tom. I. serm. decad. 2. serm. 4. p. 48. Observandum censeo, quod Dominus non ait, sanctifica sabbatum, sed MEMENTO, ut diem sabbathi sanctifices. Significat autem vetustissimam esse Sabbathi institutionem, jam olim patribus traditam, nunc verò per Dominum in populo Israëlis repetitam & renovatam. vide & Zanch. vol. cit. p. 850. elegantiss. agnoscit & hanc τὸ MEMENTO ἐμφασιν Chemnit. part. 2. L. C. p. 142. qui tamen altius quid sine dubio Deum spectasse ait. vide locum, ubi satis luculenter sese explicat. Bulling. tamen sui oblitus in præfat. serm. ecclesiast. &c. dabitat, sic autem: Videri ergò poterat Deum mox ab origine mundi rerum instituisse Sabbathum, atq[ue] patres hunc diem sanctificasse. Ceterum, si inspiciamus sacram historiā, nusquam inveniemus sabbatum esse observatum à patribus. Nam quod

B 2

(NB)

21 (NR) Exod. 16. cuius sit mentio (NB) Forte per Anticipationem fa-  
ctum esse. NB) VIDETVR. Tertullianus disputans contra Judaos  
(verba supra citavimus) negat patres sabbathum non observavisse, aut  
eius observatione Deo se commendasse. Preinde viderur non temere  
interpretibus SS. diligentioribus Prædicendo FORTE. Dominum  
sanctificasse Sabbathum, cum ab exordio rerum sanctificasse legi-  
tur, postea vero, dum legem promulgavit. Sanctificando nobis re  
ipsa instituisse. &c. vide locum de Anticipatione hac paulo inferi-  
us dicetur. farrago Zuingl. annotat. per Leon. Iudæ & Ca-  
spar. Megalandr. ex ore Zuingl. except. in Exod. c. 15. ad v.  
25. p. 145. Adparet & istud, quod superius monuimus, an iē le-  
gem fere servavisse Israëlitas moribus & consuetudine, qua per  
Mosen postea sunt scripta lege præcepta. Simler. in c. 20. Exod.  
p. 90. b. & seq. Primum præceptum hoc (de Sabbatho) est  
& antiquissimum, neq; tum primum in ecclesia cognitum,  
quando in monte Sina fuit promulgatum. Deus enim teste Mose  
in ipsa mundi creatione Sabbathum sanctificauit & benedixit  
&c. vide locum idem in c. 16. Exod. p. 67. Quando  
Israëlitis data sit lex sabbathi, non exprimitur, verisimile est per  
patres datam ac antiquissimam fuisse Sabbathi observationem,  
scut sacrificiorum. Et certe cum ab initio mundi pīj habuerint  
cultum Dei externum, oportet ut certa quoq; tempora colendi  
Deum habuerint: quod autem potius. Sabbatho habere potue-  
runt, quō die Deus à rerum creatione quietivit? quod etsi in Ge-  
nesi à Mose scribitur, non tamen tum primum mundo patefa-  
ctum, sed hujus rei notitia ab ipso Adamo filijs tradita & ad po-  
steros propagata est. vide eund. in c. 20. Exod. p. 90. b. &  
seq. Adamus enim & reliqui patres sanctificationem diej igno-  
rare non potuerunt, cum historia mundi ipsis nota fuerit. idem.  
p. 91. id ibid. In historia diluvij Genes. 8. vv. 10. 12. colum-  
bas septenario dierum intervallo ex arca emissas Sabbathi ratio-  
ne videri ait. idem ibid. ubi negat de omni obseruatione Sab-  
bathi.

bathi loqui Tertullianum &c. (εἰγόντων ejus ad verba Tertull.  
suprà dedimus) hæc argumenti loco tradit: In deserto quidem,  
antequam ad montem Sina per venerunt, sabbatum servarunt  
Israelita, ut ex manna historia constat, & sentiunt Ebraj prace-  
ptum hoc in Marah illis datum esse. vide eund. inc. 16. Exod. cit.  
ad v. 25. p. 62. eund. in c. 31. Exod. p. 153. b. Zanch. vol. cit.  
p. 855. Quod vero agunt patres ante legem sanctificasse septi-  
mum (diem) quamquam hoc non facile & aperte demonstrari  
potest è S. literis, sicut & Tertullianus in libr. adversus Iudeos  
contendit, ego tamen non contradixerim. &c. Damas. l. &c. citt.  
οὐ τὸν ἦν νομόν Θεοῦ, ἀλλὰ φῆται πρόπτευσος, ὃ δὲ τὸ σαββατον τῷ θεῷ  
ἀφίεται. οὐτοῦ δὲ οὐ πρόπτευσος Θεοῦ Δικαιοσύνης ἐδόθη, ἀλλὰ φιε-  
γόθη τῷ θεῷ τὸ σαββατον. &c.

13

In hac opinionum diversitate quid statuendum? Nos  
γινήματα propositi affirmativa subscribimus. Locum Dama-  
sceni de rigidâ illâ quietis & cessationis observatione, qua apud  
Iudeos in usu fuit, ut suprà Tertull. ex Simler. intelligimus.  
Anticipationem autem, quam Bulling. in c. Exod. 16. com-  
missam ait, sic refellimus: Anticipatio sive πρόληψις est, cum no-  
mina postea demum locis imposta in priorib. historijs usurpan-  
tur, vel postea gesta prioribus aliqua occasione, vel contrâ antece-  
dentiâ dudum vè gesta posterioribus admiscentur &c. vide  
Flac. in clav. SS. part. 2. tract. 4. ubi de tropis & sche-  
matibus S. literar. p. 229. Hic autem licet in voce Marah  
Anticipationem concedamus, quam & Farrag. Zuingl. anno-  
tat. statuit, non tamen ei parti, qua Sabbathi observationem  
injunctionem describit, Anticipationem tribuimus, ratio est, quod si  
primò lex data sit in monte Sinai, siq; Anticipatio (qua postea  
gesta prioribus admisceantur) profectò Israëlitas dum à Sinai  
monte profecti fuere, inq; itinere perrexere, tum demum in Ma-  
rah venisse adstruetur. Sed id falsum, attestantibus omnibus  
χωρεγέσιοις, & Calvin. in c. 15. Exod. ad v. 26. ubi sic:

B 3

Quoniam

14 Quoniam autem paulò post Dei voluntas in lege palefacienda erat. &c. & ipso Mose qui seriem itineris ordine describit.

Tertulliani verba supra allegavimus: sed & haec ejus sunt verba lib. d. Ante legem Moysi scriptam in tabulis lapideis legem fuisse contendo non scriptam, qua naturaliter intelligebatur & a patribus custodiebatur. & haec quæ paulò post: Intelligimus Dei legem etiam ante Mosen, nec in Oreb tantum, aut in Sina. & in eremo primùm, sed antiquiorem primùm in paradi-  
so, post Patriarchis, atq. ita Iudaicis certis temporibus reformatam, ut jam non ad Moysis legem ita attendamus, quasi ad principalem legem, sed ad subsequentem, quam certo tempore Deus & gentibus exhibuit. & re promissam per Prophetas in melius reformavit. & præmonuit futuram, ut secuti certo tempore data est lex per Mosen, ita temporaliter observata & custodita cre-  
datur. &c.

III. Formallis. Forma Sabbathi in genere considerati est Sabbatizare, quam in singulis speciebus Sabbathi infra dilucidabimus.

IV. Finalis. Finis Sabbathi ususvè (promiscue enim Aret. p. 170. his vocibus utitur) duplex est, Externus & Internus. vide Borrh. in c. 21. Exod. p. 581. confer eund. in c. 23. Levit. p. 706. Bulling. in Math. l. 5.p. 117. b. ratio autem duplicitis hujus finis est hominis, cui Deus consulere voluit, commoditas. Homo enim cum corpore & anima constet, utrig. parti in hac instituti-  
one fuit consulendum. Aret. p. d. quam dix. 17. Sabbathi etiam ipsi Iudei ex c. 20. Ezech. v. 12. agnoscent, vide Aret. p. 171. unde Sabbathum duplex statuitur, Externum, quod &

SABBAT-temporale, & Internum, quod & spirituale: quorum

THI F I NIS. Illud fessis concessum est ad reficiendas vires: Hoc peragi-  
tur in vacatione ab operibus veteris naturæ. &c. vide Borrh. l. d.

I. Externus, Externus finis, qui & typicus Borrh. in c. 21. Exod. p.  
qui vel 581. unde Sabbathum (temporaneum sive temporale intelligi-  
mus) dicitur Iustinor, Aret. p. 170. est partim Politicus, partim  
Ecclesi-

*Ecclesiasticus.* vide Damasc. lib. & c. citt. & Pelarg. in c. id.p. 235.b. confer & Luth. tom. i. Ienens. edit. dict. p. 274. b. Calvin. lib. 2. instit. c 9. §. 33. qui finis politici & ecclesiastici ordinis meminit. eund. in c. 13. A&t. ad v. 14. ubi in genere, quem nos Politicum & Ecclesiasticum in specie vocamus, Politicum usum, ut & Aret. p. 170. vocat, quo Iudai curis omnibus alijs & negotijs soluti (ecce Politicum usum) sacros convenitus agerent (ecce ecclesiasticum). Confer & Bulling. in c. 14. Rom. p. 108. ubi utrumq; usum colliges. Simler. in c. 20. Exod. p. 91. a. b. utrumq; eleganter explicat.

15

Politicus, b. e. civilis à laboribus vacationem tam homini, quam jumento concedit. Deut. 5. v. 14. Necessum enim erat fessis quietem aliquam concedi à laboribus, Aret. cum etium moderatum ad novos labores perferendos vires veluti novas suspedisset. Bulling. in præfat. serm. ecclesiast. &c. qui finis rationem habet in ipsa natura. nam

POLITI-  
CVS.

Quod caret alternâ requie durabile non est. Unde omnium primum corporalis necessitatis cuiusdam gratia, non ex mandato, (addit hoc Spangenberg. in tuo catechis.) quam & natura docet & exigit, Luth. in catechism. maior. celebrari dies festos ait. confer eund. tom. 4. p. 544. b. & Chemnit. part. 2. L.C. p. 144. n. 4. quod tamen mandatum dum Deus promulgat, ἡγεμονίας divina nō minus erga animantia bruta, quam erga homines argumentum illustre edit. vide Schilt. in εἰρηνήται catechis. minor. Luth. in thh. Decal. th. 119. Finem hunc & ethnici intellexere: sic enim Plato 2. de LL. Diij genus hominum laboribus naturā pressum miserati remissiones laborum ipsis statuerunt solennia festa. & Cic. ferias in liberis hominibus habere liuum & iugiorum cessationem, in servis laborum & operum, ait.

Habet autem observatio hæc externa suos usus, & si priuatos, & si in magistratu constitutos species. Si illos; ad Charita-

benz

16 tem pertinet, dum exigit, ne alij nimis laboribus opprimantur: se  
hoss ad conservandam civilem societatem facit, dum magistra-  
tus inter alia & hoc præstare tenetur, ut commode vivatur: Si au-  
tem nulla sit vicissitudo, sed aliqui perpetuis laboribus affterantur,  
commode non viveant, sed partem aliquam reipubl. perire necesse  
est. Simler. in c. 23. Exod. p. 128. Ergo Dominus filijs Isra-  
el, eorumq; generationibus non solum in genere Exod. 31. v. 16.  
sabbatum commendat, sed & in specie Domino, Exod. 20. v.  
10. Deut. 5. v. 14. filio, ibid. filie, ibid. servo, ibid. ancilla,  
ibid. jumento, ibid. bovi & asino, Deut. 1. cit. advenaq;,  
ibid. hominibus q; laboribus interdicit cum interminatione mor-  
tis, Exod. c. 31. v. 15. c. 35. v. 2 & transgressores eius morte pu-  
nivit. Num. 15. v. 32. & seqq. de q; hac transgressione tot extant  
in SS. querela, Thren. 1. v. 7. Ezech. c. 20. v. 12. c. 22. v.  
8. c. 23. v. 38. Nehem. 13. vv. 15. & seqq. Jerem. 17. vv. 21.  
& seqq. Quò laudabiliter & Imp. Conitant. l. Omnes judi-  
ces. C. de Ferijs, respexit. lex hac est: Omnes judices urba-  
naq; plebes & cunctarum artium officia venerabili die Solis qui-  
escant. & Jmpp. Leo & Anthemius ibid. l. Dies festos. respe-  
xerunt, ecce autem legem. Dies festos majestati altissimæ dedi-  
catus nullis volumus voluptatibus occupari, nec ullis exactio-  
num vexationibus profanari. Dominicum itaq; diem ita semper  
honorabilem decernimus venerandum, ut à cunctis executioni-  
bus excusat. Nulla quempiam urgeat admonitio, nulla fide-  
jussionis flagitetur exactio, taceat apparitio, advocatio delite-  
scat, sit ille dies à cognitionibus alienus, praconis vox horrida  
silescat, respirent à controversijs litigantes. &c. & extr. de fe-  
rijs c. 1. Pontifex definit, Omnes dies dominicos à vespera in ve-  
speram cum omni veneratione observando, & ab omni opere il-  
licito, ut in eis mercatum minimè fiat, neq; placitum &c. absti-  
nendum. Quò & respexit veterum Germanorum Zelus, qui  
adò devotifuerunt in servanda die Dominica, ut, si seruaua  
laboraret

laboraret eā, fūste correptuſ fuerit: si homo liber ter admonitus 17  
non defiſſeret ab opere die dominica urgendo, quartō tertiam bo-  
norū partem amitteret & emanciparetur, ut refert Cornel.  
Tacit. Hinc & ea, quam Bavari in veteri suo jure provinciali  
habuerunt legem, orta est, ut, si quis veheretur currū cum du-  
obus equis die dominica, privaretur uno equo: qui laboraret ma-  
nu & admonitus non defiſſeret, dexteram amitteret. Porrò & le-  
ges, quas Carolus Magnus suis Franciis dediſſe legitur, eundem  
agnoſcunt ortum. Deniq; in Electoratu Saxonia pie, ut con-  
ſtitutum est in articul general art. 17. ex eodem Iehoua toties  
repetito mandato subditi, SINE CAUſA diem dominicum non  
ſervantes, pecuniaſaria multa multantur.

Prohibentur autem in tertio precepto opera non quævis, ſed  
ſervilia. Vrſin. in explicat. catechet. in ēz̄ȳn̄od q. 103. p. 763.  
ad verb. Non facies ullum opus. ut patet ex Levit. 23. vV.  
7. 8. 25. 28. 30. 31. & nihil præterea, Zanch. vol. cit. p. 260.  
Dicuntur alijs opera humana & cotidiana. Tertull. advers.  
Marcion. lib. 2. p. 185. qua quicq; ex artificio vel negotio ſuo  
exequitur, non de divino, idem advers. eund. lib. 4. p. 236.  
ſerviles & domēſtīca opera, que ad praesentis vita ſuſtentatio-  
nem corporūq; alimoniam ſpectant. Hunn. in c. 7. Ioh. opus  
bujus vita & ſeculi, Zanch. vol. d. p. 851. opus hoc ſervile  
Gregor. Pap. l. II. in diſt. c. 3. laborem terrenum vocat, ubi  
ait: Dominicorum die à labore terreno ceſſandum eſt, atq; omni-  
modò orationibus iñſtendum, ut ſi quid negligentia per ſex dies  
agitur, per diem resurrectionis Dominicā precibus expiatur.  
Theod. in c. 4. Ebr. p. 158. corporalia opera dicuntur. conſer-  
poſtill. Melanchth. part. ult. p. 199. ubi pulchrè hec opera  
explicantur. Non ergo opera, que impediunt ministerium,  
Chemnit. part. 2. L. C. p. 141. n. 3. quæve alijs ſunt ſcandalο,  
idem p. 140. ſine cauſa contumaciter exerceantur, id. l. priuſ  
cit. qualia ſunt, quæ ſine cauſa neceſſaria, vel ex avaritia, vel

C

ex contem-

*ex contemptu ministerij suscipiuntur.* id. p. 140. Zanch. vol. cit. p. 860. doctè notat nomen operis, quod in Mose extat, non significare opus simpliciter: sed opus, quod propter mercedem & lucrum, opes q̄ comparandas suscipitur. Est enim in textu ea vox, qua & opus & opes significat. Tale autem opus, puta, quod mercedis causa suscipitur, est opus verè servile: servi enim & servæ non servant, nisi propter lucrum: non autem ad commodum & gloriam Domini, cui servant, quemadmodum liberi faciunt, cum suis servant parentibus. Prohibentur autem hæc opera, ut id. p. 862. annotat, non quod per se mala sint, contaminentve sanctificationem diei festi: sed quia impedimento sunt, ne possit quis vacare præstans ijs, qua Deus requirit in cultu suo extero, festis & sacris diebus.

Opera autem, quæ usum Sabbathi non impediunt, sed potius illustrant & confirmant, non modò sabbatho non prohibet Deus, sed maximè ad observationem ejus requirit. Ursin. l. d. talia sunt ex PARTE.

I. DEI, Gloriam divinæ querendæ pietas vide Joh. 5.7.9. capp.  
II. ECCLÆSIÆ, Fidelium utilitas. Huc pertinent opera ad cultum ceremoniasq; sacras peritinentias; qualis erat circumcisio, Joh. 7. v. 22. mactatio hostiarū. Matt. 12. v. 5. Num. 28. v. 9. &c.  
III. PRO XIMI,

1. Salutis proximi commoditas: Opus enim salutis & incolumentatu non est hominis, sed Dei proprium. Tertull. advers. Marc. lib. 4. p. cit. Huc pertinent omnia, quæ ad dilectionem proximi referuntur, inq; utilitatem & salutem ejus suscipiuntur. Sic licet sabbathis benefacere, Matt. 12. v. 12. & ipse Salvator benefecit sabbatho manu aridā sanando, ibid. v. 10. & seqq. Marc. 3. v. 1. & seqq. Luc. 6. v. 6. & seqq. hydropticū restituendo Luc. 14. v. 2. & seqq. die festo morbo per 38. annos continuo afflictum sanando, Joh. 5. v. 5. & seqq. quod factū excusat. Joh. 7. v. 21. & seqq. sabbatho visum caco restituendo, Joh. 9. v. 14. mulierē à spiritu insir-

*infirmitatis liberando, Luc. 13. v. 10. & seqq. imò Salvator in dicto 13  
illo Matth. 12. v. 7. Misericordiam volo & non sacrificium, tra-  
dit hanc regulam: Necessaria officia dilectionis anteferenda esse  
ceremonijs. Postill. Melanchth. l. d. p. 200. Chemnit. part. 2.  
L. C. p. 140. Wigand. in explicat. catechist. lib. 2. p. 437.  
sed ita, ne penitus aboleatur ministerium, Chemnit. l. d.*

Dn. Melanchth. in Catech. pueril. ad quæst. *An Machabæj*  
*pugnando Sabbathum violarint? resp. sic: Cū Christus inquit, ma-  
gus volo misericordiæ, quam sacrificium, docet: Officia dilectionis  
necessaria esse superiora ceremonijs, sed ita, ne ceremonia penitio  
aboleatur, & officium illud dispensatione, non abrogationem legis  
habeat, & ceremonia alio tempore conseruetur. vide & postill.  
Melanchth. part. dict. p. 203. confer Wigand. in resp. ad ead.  
quæst. lib. & p. citt. idem ibid. Opera dilectionis praestare, nō est  
violatio Sabbathi, iuxta dictū, Misericordiæ volo &c. Cōcionatur  
& de hac charitate passim Luth. in tom. ubi de Sabbatho agit.  
lege ejusdē classicam: Ξύνον, quam scripsit in evangelio, quod le-  
gitur dominic. 17. post Trin. in postill. ecclesiast. ubi Dilectionem  
proximi omnium præceptorum (secunda tabula) mensuram &  
normam ait. imò Officia dilectionis Sabbatho præcipue esse exer-  
cenda, doctè ex verbis Jehovæ Chemnit. in L. C. part. cit. p.  
145. n. 8. evincit. & elegantissimè Brent. ait in c. 14. Luc. p.  
457. b. Docemur hoc loco, Ut in ecclesiasticis ordinationibus  
RELIGIOSE quidem, sed non SUPERSTITIOSE versemur,  
maximè autem omnium observemus ea, propter quæ ordinatio-  
nes ecclesiasticae instituta sunt, videlicet Fidem, Invocationem  
nominis Dei, Charitatem proximi, Castitatem, Sobrietatem, & in-  
numeras alias virtutes. &c.*

2. Summa necessitas: quæ est inevitabilis casus, ratione circum-  
stantiarum certa necessitatis lege determinatus.

Non ferit hic nos illud Cyprian. epist. 4. Nihil cujquam  
largiri potest humana indulgentia, ubi intercedit & legem tribu-  
it divi-

20 it divina præscriptio. nec illud ejusdem epist. 8. Adulterum est, impium est, sacrilegium est, quodcumq; humano fervore instituitur, ut dispositio divina violetur: exemplum enim Christi in promptu est, qui multa fecit die Sabbathi, ut hanc necessitatem legitimaret.

Pertinet autem huc ea, que in aliud tempus reiici non possunt, propter certas circumstantias. Sic fame compulsi discipuli Iesu spicas vellunt sabbatho, Matth. 12 v. 1. bos & asinus soluntur sabbatho, & ducuntur aquatum, Luc. 13. v. 15. bos & asinus in puteum si ceciderint, sabbatho extrahuntur, Luc. 14. v. 5. bello vacant Machabæj, 1. Mach. 2. v. & 40. seqq. ex actis colligimus D. Apostolum aliquoties iter fecisse sabbatho, & Hieronymus ex c. 18. act. vv. 3. 4. eundem, si non sit concionatus, manibus etiam laborasse, colligit.

Necessitas hæc licet nec arationis, nec messis tempore, ubi tamen necessitas maximè postulabat, Iudeos excusare potuerit, nos tamen docente Christo excusat. In V. enim T. longè arctior fuit sabbathi obseruatio, quam ea quæ fit in novo fædere. Iudei namq; tenebantur ad exactam sabbathi observationem, quia Pædagogia Mosaica strictim exigebat: at nos non tenemur hujusmodi ceremonijs. &c. Simler. in c. 34. Exod. p. 177.

Utrig; membro huic (EX PARTE PROXIMI) benè congruit illa recepta theologorum regula: Licet præstare opera servilia in die festo, tum quando aut NECESSITAS nostra inevitabilis id requirit: aut SALUS PROXIMI seu CHARITAS id postulat, ita ut non possis anteuertere diem Sabbathi, vel opus ipsum differre. Veteres directoria hic duo habuerunt PIETATEM & CHARITATEM. vide Bulling. tom. 1. serm. decad. 2. serm. 4. pag. 49. b. Zanch. p. 863.

Sed de Necessitate paulò specialius differamus.  
Luth. in catech. major. in exposit. præcept. tert. sic ait: Neg  
tamen

tamē tam arctē & superfiliōsē colantur ferie, ut earū gratia la- 11. 31  
bores, qui vitari & intermitte non possunt, interdicantur. Po- 11.  
stil. Melanch. part. postr. p. 203. cit. Lex prohibet usum taliū  
panum (log. itur de panibus propositionis) & sic etiam, quod ad-  
dimus, operum servilium, scilicet, extra casum necessitatis, vel  
extra illam regulam: Moralia sunt anteferenda ceremonialibus.  
vide locum elegantem. Spangenberg. in catechism. in qq.  
præcept. tert. ad quæst. Num externus labor omnino Chri-  
stianis prohibitus sit? resp. Non sanè: Necessarius enim labor  
licitus est. adducit ibid. ex Virgil. hac:

Quin etiam festis quadam exercere diebus

Fas & iura sinunt. &c.

quibus subjungit: sic pinxere panem, cerevisiam coquere, rem-  
publ. adiunare pontibus, vijs & plateis restaurandis & emen-  
dandis, fossasq; expurgando, ignem resinguere, hostium impetus  
prohibere, visitare, medicari & debitum & licitum est. Et hæc  
Necessitatem legitimat Salvator Marc. 2. v. 27. Sabbathum  
propter hominem factum, non hominem propter Sabbathum in-  
quiens (vide Chemnit. part. 2. L.C.p. 145. & seq.) dum eius  
custodia ad salutem hominum data est. Beda in c. 7. Ioh. Com-  
mentator Damascen. in libr. 4. ὁ θεὸς δοξα. c. 24. Non le-  
gis erat sententia ea opera manu non exercenda prohiberi debe-  
re, qua ad gloriam Dei spectant, aut humana vita necessitatem  
aut salutem. &c. Elegans & est regula, quam Wigand. in ex-  
plicat. catechist. lib. 2. p. 440. tradit: Si Necessitas inevitabilis  
& honesta cogit aliquid laboris, negotij, itineris suscipere eo die,  
cum quis alioquin rectum studium habet orandi & honorandi  
ministerium verbi, non est temerè cuiq; conscientia movenda,  
presertim si non accedat malitia & scandalum. Matth. Flac.  
in clav. SS. sub voce Sabbath. locū Marc. 2. v. ult. Filius homi-  
nis est dominus Sabbathi sic explicat: Sabbathum debet servire  
saluti spirituali, & re aut necessitate postulante etiam corporali

C 3

hominis.

22 hominū. Brent. in c.12. Matth. p.479. Hac ordinatio Sabba-  
thi non pertinet ad futuram vitam in cœlo, sed ad præsentem  
vitam in hac terra. Quare ubi unq; Necessitas inciderit, quod  
aut magnum periculum subeundum est, aut externa sabbathi  
observatio violanda, ibi sabbatum debet cedere necessitati ho-  
minis, ut domini sui, non homo observationi sabbathi, quod est  
homini servum. Postill. Melanch. part. I. p. 506. Quod (lo-  
quitur de congressibus, quos in V.T. severè mandaverat Deus)  
tamen cum Æterna seu cum aequitate intelligendum est. Illi,  
qui agrotarunt, aut qui retinebantur necessarijs causis, habebat  
excusationem. Non debent ita superstitione, Judaice, Stoicè in-  
telligi istæ leges, quæ potissimum cōspectabant, ne festa contumā-  
citer à quoquam contemnerentur, quemadmodum & nostra fe-  
sta ordinata sunt, ut conserventur publici congressus. Et tamen  
cum aliquis est impeditus occupationibus, ne possit accedere,  
excusatus est. Wigand.p.449.ad questionem, An peccet mor-  
taliter, qui à publicis congressibus absit? resp. sic: Discernenda  
est absentia illa. Nam si fit Necessitate quadam, ut propter agricul-  
tudinem corporis aut propter pia & honesta officia, quæ dilatio-  
nem nullam admittunt, & fit sine malitia seu proposito deferendii  
aut vitandi sacros congressus, tum sane conscientia non est  
peccato gravanda. NAM AD SPECIEM, h. e. certam diem  
NON SUMUS OBLIGATI, INq; HIS Bulling. tom. serm.  
decad. & sermon. citt.p. 49. b. VERSATUR LIBERTAS  
CHRISTIANA. Hunn. in explicat. tert. præcept. ubi sanctifi-  
cationem sabbathi urit, hac addit: Doch sol man wissen/ das  
hie die Werke der LIEBE vnd BARONEE GE-  
KEIT gegen dem Nächsten/zusamt dem NOTHFALE  
aufgenommen sind. Als da man aus Christlicher Liebe der  
Kranken wartet/ vnd pfleget / ob schon eine Predigt darüber  
verseumet wird / so ist's doch für Gott wol zu verantworten/  
weil es deß Nächsten nothdurft also erfodert. Welches Chri-  
stus

23

ſius auch mit seinen Wunderwerken bestätiget/ so offe er franz-  
ſe Leute am Sabbath gesund macht / wie heftig es die Pha-  
riſer vnd Schriftigelerten verachten. Gleicher gestalt iſt uns  
verbotten/das man am Sonntag Nothwendige gescheffte aufz-  
richte/ als da iſt Kochen/ Essen/ Trincken / ja auch gebührli-  
che Maſzeit halten/ wo hieneben dem ordentlichen Gottes-  
dienſte nichts abgehet / vnd Christliche maſz darinne gehalten  
wird. & paulo post: Also wenn unverſehens eine Brumſt auff-  
gehet/ oder entweder einem Menschen oder Viehe etwas am  
Leben widerfahren möchte/ oder da man von wegen des ſteten  
Regens nicht kan die Fruchte des Landes einführen / vnd  
ſich eben auff einen Sonntag gut Wetter erzeigt / iſt in ſolchen  
Nothfällen erlaubet diese vnd dergleichen nothwendige Ge-  
ſcheffte auch an einem Feyrtage zu verrichten. idem & docet  
in explicat. text. qui legitur dominic. 17. post Trinit. ex c. 14.  
Luc. vide & Bulling. tom. I. ſerm. decad. & ſerm. citt. p. d.  
& in præfat. ſermon. ecclesiast. &c. *Frumenta messis tem-*  
*pore die dominica pro necessitate in horreum convehenda conce-*  
*dit & Constantinus Imperat. C. de fer. I. Omnes judices.*  
*ubi ſit: Ruri poſſi agrorum cultura liberè licenterq; inserviant,*  
*quoniam frequenter evenit, ut non aptius alio de frumenta ful-*cis, aut vinea scrobibus mandentur, NE OCCASIONE MO-**MENTI PER EAT COMMODITAS COELESTI*  
*PROUISIONE CONCESSA. lege & Zuingl. oper. part. I.*  
*p. 254. Quæ verò extra casum necessitatis constituta ſunt, ea*  
*prætextu Neceſſitatis palliari religio vetat. talia ſunt, vini a-*  
*dusti & ſimilis potus ingurgitationes antemeridiana, commissa-*  
*tiones pomeridiana, ſecſſiones in rū aut jucunditatis, aut util-*itatis, puta debiti exigendi gratia, iſtituta, nūdina &c. perinēt**huc ea, quæ Nehem. 13. v. 15 & leqq. Bulling. in præfat. ſerm.*  
*ecclesiast. &c. ſic docet: Cum homo Dei Sabbatho non ſit subie-*ctus ſeruiliter, admittit utiq; diſpensationem Sabbathum, quoti-**es hoc****

24 es hoc inevitabilis Necessitas hominis, vel Salus hominis, requiri. &c. vide locum. Zuingl. in c. 13. Luc. Quicquid Necessitas postulat, legem non infringit. Nam Deus suum sabbathum non posuit contra necessitatem hominis. Necessitas superat omnia externa, & eis utitur, ut servis suis. vide eund. in c. 12. Matth. id. in c. 6. Luc. Leges non tam restringendas, quam laxandas, utpote quae non tantum minutula, quantum magna, vident, ait. Simler. in c. 20. Exod. p. 93. Et si cessatio ab omni opere religiosè sancta & observata fuit apud veteres, tamen non ita accipienda sunt verba legis, ut nullam diuinæ etiam admittant. &c. & paulo post: Apud gentes fuit religiosa observatio feriarum, sed tamen opera necessaria non prohibebantur.

Quin etiam festis quedam exercere diebus

Fas & iura sinunt.

canit Virgil, sed vide has de re Macrob. i. Saturnal. Zuingl. oper. part. I. p. 327. b. & seq. Ex praesenti hoc discipulorum facto (exiat hoc Marc. 2. ubi spicas vellunt discipuli) ipsiusq. Christi verbis colligere licet, hominis necessitatem non modo humanis, verum etiam divinis traditionibus potiorem esse, adeò ut eas propter vitæ necessitatem infringere liceat. Borrhaus in c. 20. Exod. p. 509. Quantum ad hanc quietem (diei septimi) attinet, interdum hac omitti potest, si vel nostra, vel aliorum necessitas postulet. &c. Zanch. vol. cit. p. 862. Colligimus abstinentum esse etiam à rebus licitis (nisi forte necessitas aliter postulet) si nos à rebus divinis earumq. studio impedian. id. eod. p. 903. & seq. Postremò sic colligimus, Quanquam liceat nobis diebus festis dare operam negotijs seculi: diebus tamen festis ita esse abs his abstinentum, ut, si tamen inevitabilis Necessitas cogat, vel Charitas postulet, nos possumus & debeamus illa præstare: ratio; quia hac externa servire debent vera Pietati & Charitatis; cum homo nō sit factus propter Sabbathum, sed Sabbathum propter hominem. id. p. 930. quæst. 2. Zwingua hoc instituit:

situit: An singuli fideles teneantur ecclesiasticis conventibus  
interesse? subiicit ἡ thesē hanc: Eatēnus quisq; tenetur ecclesi-  
asticis conventibus corporis præsentia interesse, quatenus aut per  
valetudinem, aut per graviora, & quæ in aliud tempus non pos-  
sunt differri negotia, licet cuj⁹ δέοντος εξιγγονος subtexitur, in qua  
de Necessitatē casu hac differunt: Debēti Ceremonialia cedere il-  
lis, que mērē moralia sunt, & immediate Charitatem ipsam spe-  
ctant. Adde verò (NB.) si talia etiam sint, quæ in aliud tempus  
differri non possint. Ergo negotia etiam, quæ ad præsentem tan-  
tum vitam pertinent si talia sint, quæ differri non possint sine  
maximo damno, excusant: ut est metere segetes: veluti est, pu-  
gnare cum hoste. &c. Si enim alterutrum faciendum sit neceſ-  
sari, nempe aut permittendum, ut segetes pereant, domusq; ruino-  
sa corruat: aut intermittendus conventus ecclesiasticus, donec  
metas, domumvè fulcias: intermittere licet conventum pro isto  
tempore. &c. SED HIC NEMO SEIPSUM FALLAT:  
CONSULAT VERO CONSCIENTIAM, CON-  
TRA QUAM NIHIL AGENDUM EST UN-  
QUAM. &c.

Necessitatē hanc & ipsi Pontificij, qui alias rigidiores  
sunt in ceremonialibus, observant & urgent. Sic enim Cate-  
chism. Trident. in εξιγγονος tert. præcept. Sed neḡ, earum re-  
rum opera hac lege prohiberi existimandum est, quorum ja-  
ctura facienda sit, si die festo prætermittantur, &c. Stapletonus  
in prompt. moral. dominic. 19. post Pentecost. t. 4. p.  
363. Præceptum de observando Sabbatho non prohibebat ullas  
opera Necessitatis aut Charitatis erga proximos. id. p. seq. Ces-  
sandum quidem ab omni opere servili in diebus divino cultui  
specialiter dicatis, ita tamen, ut Necessitatis humanae & Chari-  
tatis Christianæ ratio non negligatur. vide quæ & Centur.  
Magd. 13. c. 4. lat. 332. ex Thom. proponit Henric. Herp.  
ordin. minor. in spec. aur. 10. præcept. Dei in explicat.

D

tert.

25  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "  
" " "

26 tert. præcept. s.6. questionem hanc proponit: An liceat agricultura diebus festis ve vacare? resp. autem: Ad hoc dicendum, quod nequaquam licet agricultura diebus festis infestare, præcipue quod præcipitur Exod. 20. quod etiam iumenta sabbatho vacare debeant. Duas tamen propter causas eandem admitti posse ait. 1. propter Necessitatē, qua tamē tanta esse debet, quod labor sine periculo non possit præveniri, vel differri. &c. locus est pulcherrimus. 2. propter Pietatem, qua ratione ait liceare propter Deum agrum pauperum arare, seminare, advectare ligna & subvenire ijsdem, non autem propter aliquam affectionem carnalem, nec propter spem remunerationis. quas causas & Biga Salut. serm. 107. dominic. 16. post Pentecost. tradit. idem (Herp. dicimus.) ibid. Non est tam arcta prohibitiō operandi in nova lege in die dominica, sicut in veteri lege in sabbatho. idem ex Luc. c. 14. v. 5. Cujus vestrūm asinus &c. &c. 13. v. 15. Hypocrita &c. concludit: Opus corporale, quod pertinet sive ad salutem corporis vel proprij, vel proximi, sive ad vitandum imminens dñnum rei propria vel proximi, non esse contra observationem sabbathi. vide & Gotscalcum ordin. heremitar. sancti Augustini in præceptorio in εζηνοτ tertij præcepti, ubi luculenter de hoc genere differit. fermentum tamen fac sis monachale caveas. Canonista, inquit Simler. in c. 20. Exod. p. 93. à peccato excusare aiunt hanc:  
1. Operis exiguitatem, puta, si modicum sit, quod animum non avocet à spiritualibus. 2. Necessitatem, puta, si absq; detrimen-  
to non possit omitti. 3. Si fiat ob pium usum, puta vel ob religi-  
onem, vel adjuvantum proximum. 4. Si spectet utilitatem pu-  
blicam. Petrus Givara c. 13. manual. Non est peccatum pi-  
scari pisces (loquitur autem de sabbathi tempore) qui (NB.) mo-  
ram non patiuntur. Tolet. lib. 4. instruct. c. 24. Cum perditur  
occasio magni momenti, ut in piscatura halecum & tunnorum,  
qui (NB.) non, nisi certis diebus veniunt, tunc licet piscari in  
die feso.

die festo. in Decretal. de consecr. dist. 3. can. 11. locus est in-  
signis Gregorij Primi, adversus eos, qui ita superstitionis sunt obser-  
vatores diei sabbathi (ut sunt Iudej) aut Dominica (ut sunt  
multi Christiani) ut nihil omnino operum servilium fieri illis die-  
bus uelint, etiamque Charitas postulet: & hos vocat Antichristi  
praedicatorum: docetque aperte, sub nomine balnearum, quae cunq[ue]  
pro necessitate corporis sunt, ea nunquam prohiberi, multi minus  
ea, qua pro salute anima. videatur locus.

27

" "

Docent scil. hi (Pontifex & Pontificij) sanctificationem fe-  
storum multò magis in vera Pietate & Charitate, ejusque exer-  
citijs contineri, quam in abstinentia ab operib. servilibus. vide  
Zanch vol. cit.p.903.

Necessitatis autem casu hic non esto arbitrarius, sic ut pro  
libitu eum tibi singas, sicut e. g. sartor, futor: quorum ille ve-  
stes, hic calceos conficit, saepe praetendens necessitatem operis diebus  
festivissimis; sed inevitabiliter necessarius. unde Bulling. in c.  
14. Rom. p. 108. ait: Ceterum quando ipsa necessitas ipsum ho-  
minem sabbathi dominum faciat, oculus fidei, si simplex sit, iu-  
dicabit. Impij avaritia sua necessitatem & nescio quam libera-  
tem prætextent.

Commoda hic est distinctio, quā inter actum Volunta-  
rium & Necessarium distinguitur. Ille obiectum habet in-  
determinatum, h. e. nulli temporis determinationi necessitativerē  
astrictum. Hic obiectum habet determinatum, h. e. temporis  
determinationi necessitativerē astrictum: ad quorum actuum ge-  
nus posterius ea, qua Necessitatis casus hic postulat, referenda sunt.

Ad legem hanc Necessitatis pertinet AΛΙΕΤΤΙΚΗ,  
qua in aliquot, ut & vicinis RIBNITZENSIUM (locū appel-  
lamus das Fischland) & BARDIORUM locis quotannis singu-  
lari Dei benedictione & beneficio exercetur.

Status igitur hic est:

An in Necessitatis casu, puta tempore congressus  
D 2 piscarij

28 , piscarijs (wenn der Fisch leychet loquimur Saxones) qui statis diebus & naturae, quæ ratione dierumve fectorum solennitate non regitur, ducta fit, pie αλιευτικη concedit tēpore etiam festivissimo, puta si in festum Paschatos &c. tempus illud piscarium incidat, possit, hoc modo: Ut pescatores operi noctu incumbant, circa septimam horam manē festi diei captos pisces ad terram advehant, concessionem frequentent, concione absolute antemeridiana ιχθυοπωλεῖον pisces vendendo instituant, vespere ιχθυοπωλεῖον repetant, & pescatura vacent? id quod affirmamus sic:

Jd, quo (1.) Cultus divinū non impeditur, (2.) necessitatē proximi succurritur, cuiusq; (3.) vestigia Salvator ipse noster JESU S C H R I ST I S docuit, Christianum piumq; est.

Αλιευτικη illa talis est. E.

Maior patet. Minor, quæ est ηγινόμενον probanda: ejusq; membrum primum sc̄ probatur: Αλιευτικη illa non interdiu, sed noctu, ut Status habet, exercetur. Nox autem sacra cultui divino hic non est, nisi forte Romanissare cū vno τοξεγξι tintinnabulo crepusq; Baalites Romanensibus animus sit, qui ηγ. ζηλατος omnes dies dominicos à vespere in vesperam cum omni veneratione obseruant. &c. c. I. extr. tit. de fer. Unde nec cultus divinū hic impeditur. Quo & accedit exemplum cerevisiariorum, quibus in tot benè constitutis rebus publ. conceditur die dominico, h. 4. pomeridiana auditā, à concione cerevisiariam auspicari, perq; subsequentem noctem exercere, ubi se nox sacra cultui divino esset, impedimentum θεοφέσια impiè obiceretur.

Membri secundi probatio hac est: Quod pisces ad sublevandam proximi necessitatem mediocri pretio distrahuntur, sic ut non solum ιχθυοπωλεῖο, h. e. eius loci, in quo piscium capturea instituitur, inquilini, sed & bona pars exteroru hac Dei munifici benedictione fruantur. e. g. Bardense illad ιχθυοπωλεῖον bonam partem Pomeranica & Megalburgica ditionis piscibus suis

suicis

suis nutrit, que contra vietu suo contra Charitatis amissim spoliaretur, si tempus oportunum negligere piscaiores cogerentur.

29

Temporis oportuni iam meminimus, illud autem dexterius explicandum: Alioquin tuum exordium suum sortitur circiter festum Purificationis, & maxima pars ejus in halecum capture consumitur: Potest ergo hoc genus pisces & alijs, quam diebus festis capi, ita ut periculum in mora esse non videatur: Attamen audi, Propter necessitatem alimentorum licet diebus feriatis in honorem Dei operi servili intendere, maximè circa rem tempore perituraam, ut colligit epit. c. 3. extr. de ferijs. Sed forte urgebis ex citata lege, Licere quidem diebus dominicis & festis halecum capture intentum pro necessitate esse, idem tamen non licere in majoribus anni solennitatibus, textus ita habet: Licet tam veteris, quam novi testamenti pagina septimum diem ad humanam quietem specialiter deputaverit: & tam eum, quam alios dies majestati altissime deputatos, nec non natalitia sanctorum martyrum ecclesia decreverit observanda, & in his ab omni opere servili cessandum: Indulgemus, ut liceat paracianis vestris diebus dominicis & alijs festis (praterquam in majoribus anni solennitatibus) si alecia terra se inclinaverint, eorum captioni ingruente necessitate intendere: ita quod post factam capturam ecclesias circumpositis & Christi pauperibus congruam faciant portionem. R. Nulla hic est profanatio solennium festorum. Noctu enim, ut supra dictum est, piscatura haec exercetur. Nox autem cultui Dei sacra apud nos non est. Eius porro, quod non est sacrum, nulla est profanatio.

Illud vero piscium genus, quod vernaculae nostre vocant die Plothen / non deprehenditur hic, antequam arundines virescunt. Cum uero jam dictum hoc piscium genus coitus exordium fecit (wenn dieser Fisch seinen gang gefasst hat/ loquimur vernaculae) adeo frequens deprehenditur, ut tot myriades capiantur.

D 3 tur.

30 tur. Opus hoc suum intra 3. aut 4. dies idem absolvere (das er seinen gang in 3. oder 4. Tage verrichte) si tempestas benignior sit, à fide dignis accepimus. Si verò procellæ orta fuerint, pisces dissipari, parumq; aut nihil capi certum est. Quis ergo hic & manè & vesperi & noctu non advigilabit? certè pescator quivis hic Gripum, si rei sua consulturus est, aget, cujus verba hac apud Plaut. in Rudent. act. 4. sc. 2. extant:

Nihili est, qui piger est, nimiq; id genus ego odi malè.

Vigilare decet hominem, qui vult sua temporis confidere officia.

Non enim illum expectare oportet, dum herius se ad suum fuscitet officium.

Nam qui dormiunt libenter, sine lucro & cum malo qui-  
escunt.

NB. Age ergo, siferè in diem nuptiorum (auff den Churfreyztag) tempus illud hujus piscium generis (quod dierum sacrorum festivâ solennitate non regitur) incidat, sc̄ ut paschales feriae ternarij aut quaternarij dicti locum sortiantur, quid hic faciendū? expectandum donec elapsis ferijs solennitas festi absoluta sit? vix hoc dixerimus. Sensimus enim in Megapoli & absq; dubio Pomerania sensit, quanto damno elapso anno 1612. ferius illis nocturnis pescatorum, quibus vacarunt, bonum publicum multatum sit. sic potius concludendum existimamus:

1. Quocunq; tempore Deus dat, illud est oportunum. Psal. 145. v. 15. Deus autem quandoq; in festo Paschatos dat, h. e. hac piscium copia flumina locupletat.

E. tempus illud Paschatos est oportunum.

2. Oportuno tempore quod Deus dederit, accipiendum est. Paschatos tempus est oportunum.

E. tunc id, quod Deus dederit, accipiendum est.

Ubi & imprimis notandum, quod D. Wolff. Franz. in histor. animal. sacr. p. 675. scribit: Verissimum enim est, quod ad

ad nostros fluvios & manus non accedunt pisces omnes & singuli, ex mari præsertim, nisi runc cum sunt optimi. Ecce tempus Dei beneficio oportunum: quin ergo accipis cum gratiarum actione.

31

Quod & accedit Charitatis lex, cuius vel præcipuum sabbathum diebusq; festis habendam esse rationem demonstravimus. Ecce enim pescatores, qui unius pectoria provincia præfecti sunt, grandibus impensis retia sua parant, servant: Si iam oportuniſimo tempore cessare & feriari jubebantur, damnum insigne, contra Charitatū legem, illis inferetur, imò nec alio tempore publico suo officio proximo prodeſſe poterunt. Ecce quid Petrus Givara c. 13. manual. scribit: Qui aliter sustentare se nequeunt, possunt laborare diebus festis. quam tamen veniam prolixam nimis fatemur ipsi.

Recta ergo & Christianā professione digna est illa, qua in benē constitutis rebus publ. in Necessitatē casu fit, dispensatio: de qua talem formamus ourozoīσ μόρ.

Quidquid in pīs & benē constitutis rebus publ. propter necessitatē inevitabilem rationem euλέγως καὶ Ἰερόλγως toleratur, imò quandoq; pro circumstantiarum ratione à magistratu præcipitur, illud & sine naufragio religionis impietatisve suspicione, ubi cūq; Christianismus floret, in eodem aut simili casu locum habebit. (taceo, in quibus rebus publ. antea Ἰερόλγως à veris verbis divini ministris & magistratu id toleratum est.)

At in tot pīs benēq; constitutis rebus publ. in casu Necessitatis à die uulnē euλέγως καὶ Ἰερόλγως in die festo, & quidem solemnis festo (1.) toleratur, imò (2.) quandoq; pro circumstantiarum ratione à magistratu præcipitur. E.

Minoris membrum I. probat experientia. e.g. Rostochij (secentas alias subsume urbes) captura piscium, salvo sancto religiōis negotio, salva reverendi ministerij autoritate, Senatu amplissimo nec interdicente, ijs Paschatos, Pentecostes, SS. Trinitatis

32 tatiū festis operam, pro necessitatū ratione, dant pescatores, imò totis festis ne semel, necessitatū sic dictante lege, templum ingredi pescatoribus licet, ut ipsi à pescatorum cætu edocti sumus. Ecce piām, ecce legitimā in casu necessitatis, in orthodoxa republ. dispensationem. Scandalum ne hinc? hactenus nullum.

Membrum 2. quod attinet, Accepimus à nostratibus pescatoribus, ipso die, qui Trinitati solennis est, jussu Senatus pro necessitate rei (Principes enim excipiendi erant) αλιευτική injunctam esse. Scandalum ne hinc? acceptum fortè, datum nullum.

Sed audi & hoc: Ubi est eadem ferè ratio, ibi & idem ius ngl̄i αναλογiā militabit:

In casibus his 1. Si tempore messis diebus profestis nubila tempestas terram urserit, festo autem die cælum sit serenum, Solz purius promicet, 2. Si tempus congreßus piscium in diem festum incidat, eadem ferè est ratio.

E. idem ius ngl̄i αναλογiā ibi militabit;

Assi in priori casu juris hoc viget, ut die festo cælo suffragante fruges in horrea vechantur (de his suprà) E. & hic idem juris dominabitur.

Ferè diximus: sic enim rectius concluderemus:

Ubi periculum est majus, ibi citius erit auxilium.

At in hac pescatura periculum majus est. ratio est: quod pesces opere suo peracto disgregantur, & à littore ripave in altum recedunt; fruges autem in apricum expositæ non, nisi dominus mediante operâ sublatæ, tolluntur.

E. hic citius erit auxilium.

Elegantissima hic verba Constantini Imperat. notantor, quæ C. de Ferijs. l. Omnes judices (legem integrā supra citavimus) extant: Ruri positi agrorum cultura liberè licent, ergo inserviant, &c. ne occasione momenti pereat commoditas celesti provisōne concessa.

Quib. tandem secundariò subdimus:

Si

Si (1.) licet in pia benèq; constitut à republ. cum periculum est  
in mora, discedere à regulis juris communis, tollereq; omniem  
moran, per l. de pupil. §. Si quis rivos. ff. de no. op. nun.  
l. divus ff. de petit. hæred. consentit gloss. in l. fin. in verb.  
fidejuss. C. de ferijs, sig. ibi remittitur dispositio juris prohibi-  
tiva, vide Iacob. Ayrer. in process. hist. part. I. c. 5. obs. 6.  
n. 8. quod & ea loca, qua mox ex cod. citabimus, satis superq;  
explanant: Si (2.) cum necessitas urget (Necessitas enim legem  
non habet, sibiq; ipsi est lex, & multa illicita de jure, licita atq;  
permissibilia facit. c. 2. §. fin. extr. de observant. jejun.  
ibid. de consuetud. vide Ayrer. in process. cit. part. d.c.  
2. obser. I. n. 21 & c. 5. suprà cit. obs. cit. n. 5. & c. 6. obs.  
4. n. 10. & c. 8. obs. 4. n. 20. & Brent. in c. 12. Matth. p.  
478. ubi legitimam huius regulæ limitationem vide: non enim  
in moralibus, in ceremonialibus & judicialibus procedit. &  
p. 480. Zuingl. in c. 13. Luc. Henric. Herp. in spec. aur.  
&c. loc. suprà cit.) in questionibus ferias etiam maxime so-  
lennes non attendere licet, ut c. fin. extr. de ferijs Gregor. ix.  
concedit: imò si (3.) in causa alimentorum procedi potest diebus  
feriatis, l. 2. ff. de ferijs, quia causa alimentorum dicitur pia  
& favorabilis, cum illud, quod pro sublevanda anima corpore ve  
animato relinquitur, pium dicatur, Ayrer. part. d. c. 5. obs.  
6. nn. 10. 11. 12. cui & accedit, quod victualium usus, cum ad  
vitæ sustentationem maxime pertineat, alijs rebus magis sit ne-  
cessarius. Harprecht. in tr. crim. p. 1003. n. 2. 8. Quantò  
magis hic, ubi periculum est in mora, ubi necessaria summa ur-  
get, ubi causa est alimentorum, idem licebit?

Nec silentio hic prætereundum, piscem, dum catervatum se  
ante congressum conglomerat, (wenn der Fisch aussgehet) esse  
optimum & solidum, ubi vero congressum opere finito disgrega-  
tur, (wenn der Fisch abgehet) esse macilentum & rariorig; corpore.  
Unde, ni serò cum Phrygib; Japies, postq; festum, ut alunt, & ven-  
turi

E

33

34. turci, immo piscatura es; intempsore operi tuo, quisquis es, intempsorius eris, aliosve in eodem occupari pie concedes.

Membri tertij probationem supra sufficienter dedimus.

Quod verò ad piscium captorum venditionem, qua die festo habita concione instituitur, illa necessaria est, (Pisces enim recentes, si servandi sunt, muria in tempore imbui, ne factorem contrahant, oportet; quod quis non novit?) nec ergo profanatio nis festi causa existit, ut ex supra dictis luculenter patet. Porro si hæc piscium venditio die festo abroganda est, cur non magis alia, qua diebus etiam festivissimis prostant, extra tamen necessitatis casum, vendi prohibentur? Ecce enim in infinitis bene, immo optimè constitutis rebus publ. consuetudine receptum est, ut piscatores pisces diebus quibuscumq. dominicis, festivissimis etiamputa Nativitatib. &c. Paschatos, Pentecostes, Trinitatis &c. in usum hominum publicè in foro pectorario, ante habendam concionem, venum exponant, lanij suas carnes in macellis vendant, Oenopola Oenopolia, Zythopola Zythopolia &c. aperi ant. vide quo solum illud Luth. tom. 4. lenens. edit. dict. p. 53x. Die Juden sind auch zu abergläubig / das sie diesen Text zu streng ziehen und machen/wie unsere. Tolte Sophisten/die bald eine Sünde drauf machen / wenn man am Sonntag Kraut seil hat. &c. cui subde illa Tolet. lib. 4. instruct. c. 24. Excusantur qui carnes vendunt, occidunt animalia, & vendunt necessaria illis diebus festivis ad victimum. Sed hæc satis de venditione; non enim primò ea in questionem venit, sed ipsa à die velini, h.e. captura, quā, cū antecedenti, sublata, tollitur consequens, venditio, & posita, ponitur.

Sed questionem hanc ubi in prosequi piget, quia ouφνια τοι luce suā omnium Ἰερόγυνων sapientium perstringit oculos. Plura si petū, ea que supra de Necessitatibus casu differuimus. cōsule.

IV. MAGISTRATUS, Superiorum autoritas. Huc pertinet omnia servilia, qua magistratui subditi præstare tenetur,

sur. Hic autem lex Christiano erit, quod Deo magis sit obediens, quam hominibus, Act. 5. v. 29. nemoque dubius dominus servitia prestare valeat, Matth. 6. v. 24. quodque ei, qui paratus est judicare vivos & mortuos aliam rationem reddere cogatur. Pet. 4. v. 5. imo, quod uniusquisque pro se id prestare teneatur. Dominorum (sub quibus & Magistratus &c. subsumimus) rigor & tyrannus cesseret, quod verò justum & aquum est servis (subditis &c.) præstetur Col. 4. v. 1. sciantque dominis. Dominus habere in caelo, ibid. quod & commode. Si libertus ita. ff. de oper. libert. quæ servitia subditorum indeterminata ad judicium boni viri, b. e. judicis reduci debere jubentur, respicit. Servi vero & quicunque sint magis Deo, quam dominis superioribusque suis obtemperent, se contra piæ obedientie determinates metas impia obedientia ab iis flagaretur, exemplo sunt Ioseph, Genes. 39. v. 9. obstetrics Elraorum Exod. 1. v. 17. servi Saulus, 1. Samuel 22. v. 17. Tobias, Tob. 2. v. 9. Petrus ac Johannes, Act. 4. vv. 19. 20.

Sed unde digressi sumus revertamur.

Duplex otium est: Ignavum, quo inertes parant se non ad negotia, sed ad delicias & voluptates; quod genus otii ad eum familiare & olim male feriatis fuit, ut Antilathenes interrogatus, quid esset dies festus, respiuxerit a φορητῷ. b. e. in gloriae & helluationis occasione, responderit. Honestum & necessarium, quo boni viri se reddunt aptiores ad negotia & vocaciones suasstandas. Brent. in c. 9. Luc. homil. 85. sub finem.

Prioris generis otio hinc semoto, posterius retinemus. Otium enim sabbathi erit negotiorum, sic ut illud in publica exercititia ministerij conferatur. vide Chemnit. part. 2. L. C. p. 144. n. 4. Bullinger. tom. 1. serm. decad. 2. sermon. 4. p. 49. Eleganter hoc otium Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 116. hic, Μὴ αγροί τοι ὁ θεός ταῦς ἐργάτως οὐ πάλαι οὐ καὶ εὐγενέστερος ταῦς ἐργάτων τὸ ὑπεριήμετον, οὐ οἱ πανηγυρίζοντες ἐν αὐλαῖς τὴν Βύτων

μηδέποτε ἔχειν τὸ μὴ εἰς μεθῆν, ἀλλὰ εἰς ἐργαζόσταν καὶ ἀργοῦν τοῖν  
μυρτοῦ describit. Non enim hujus præcepti rūs & virtus in oīian-  
do ( Deus quippe non per se delectatur nostra quiete, Bulling.  
in c. 14. Rom. p. 108. Simler. in c. 16. Exod. p. 67. illā  
etiam non eget, Simler. l. d. multò minus in tantum eā delicta-  
tur, ut malit hominem occidi, quam non feriari, Brent. in c.  
31. Exod ad v. 12. & seqq. lege eund. in comment. c. 56.  
Ef. p. 716. sed nostri comodi causa sabbathum sanctum est,  
& diei hujus sanctificatio animis nostris servit atq[ue] corporibus.  
Simler l. cit. vide eund. in c. 20. Exod. p. 91.) consilisit, sed in  
sanctificando, ita ut hic dies præcipuum aliquod sanctorum re-  
rum exercitium habeat. Luth. in catechisi major. in expo-  
sit. præcept. 3. ut libertores ab omni opere eo. die conveniamus,  
beneficia Dei cum gratitudine recolamus, legem & verbum eius  
audiamus, ipsum colamus, ei serviamus: deinde ut proximorum  
curam geramus. farrag. Zuing. annotat. in Genes. c. 2. p.  
17. &c. Otio enim indulgere & vacare ab opere, cultus Dei non  
est; at sabbatho ob id vacare, ut soli Deo servias, verbum eius  
audias & mediteris, gratias pro beneficijs ei agas, id demum ve-  
rus cultus est. ead. in Exod. c. 16. p. 154. Sanctificare namq[ue]  
sabbathum (quatenus id de homine intelligitur. Sanctificat e-  
nim & Dei sabbathum, & homo, sed alio atq[ue] alio modo. vide  
Zanch. vol. dict. p. 852. & seqq. elegantijs. Bulling. in præ-  
fat. sermon. ecclesiast. &c.) non est otio ignavō diem contene-  
re, sed sancte colere, & sacrū usibus destinare, Simler in c. 20.  
Exod p. d. vitare peccata, & opera sancta peragere. Vrsin. in  
explicat. cathechet. in Εζηνός q. d. p. 762. ad verb. Sancti-  
fices. vide Luth. in catechisi major. in exposit. præcept.  
3. P. Martyr. in c. 2. Genes. Catechism. Trident. in Εζηνός  
tert præcept. ad verb. Sanctifices. Unde recte Simler. in c.  
16. Exod p. 66. b. Quies sabbathi non per se probabatur Deo,  
sed si servaretur ratione præcepti: quam multi enim quotidie offi-  
antur

antur, quorum tamen profana est quies, vide & Calvin. in c. 2.  
Genes. & in Ps. 92. advv. 2. 5. & in c. 50. Ef. adv. 2. &  
in comment. in Exod. in exposit. præcept. 4. ad v. 8.  
Zuingl. in c. 2. Genes.

37

Sanctificatur autem Sabbathum non ita, ac si dies diei per  
se præstet, Bulling. in c. 14. Rom. p. 108. Sabbathumq;  
ex se aut in se aliquid peculiaris sanctitatis & spiritualis influ-  
entia habeat, Chemnit. part. 4. exam. concil. Trid. p. 265.  
Simler. in c. 20. Exod. p. 91. b. propter quam gratia Dei tunc  
maior sit, & hominibus magis obvia, quam alijs temporibus, &c.  
vide Chemnit. p. cit. & seq. sicut delirant de die dominica  
M. Leonard. de Utin. in quadragesimal. serm. 12. le. ap.  
& Biga Salutis sermon. 107. in explicat. text. dominic.  
16. post Trinit. ubi inter alias rationes, quibus explicant cau-  
sas translationis sabbathi in diem dominicum, hanc tradunt,  
quod vacantes die dominica ab exteriorib; operibus magnas re-  
velationes eadem percipient, ut Iohannes Apocal. 1. v. 10. ubi  
in spiritu se die dominica fuisse scribit: Thomas, qui certificatus  
est de resurrectione Christi die dominica, & Saulus à Christo il-  
luminatus dominica die, &c.

Stulti autem fuerunt Pharisai, qui majorem curam habue-  
runt de Sabbatho, quam de homicidio, vel de adulterio, liquan-  
tes calicem, camelum autem glutientes, Matth. 23. ut loquitur  
Albert. Magnus in c. 9. Iohan. suntq; stolidissimi hodie ad-  
huc Iudæi, quinon tam spiritum, quam corticem legis spectantes,  
ut loquitur Zuing. in c. 12. Matth. totamq; observationem  
sabbathi in externum illud otium collocantes, lege Brent. in c.  
58. Ef. ad v. 13. vide & Augustin. in ps. 91. & Bulling. in  
præfat sermon. eccles. &c. Omnia optimè sic sabbatum  
celebrabitur, si totum diem steret Sabbatharius, ut Luth. tom.  
4. Lenens edit. dict. p. 531. affirnat.) In pte multas supersti-  
tiosas corripetas sabbathi observationem assuerunt, dum non af-

E 3

sandum

38 sandum pomum, non corticandum allium, non interficiendum pulicem. Chemnit. part. d. L.C. p. 129. nisi te pungat, Brent. in c. 14. Luc. non ambulandum super herbam, ne pedibus vellatur, non condescendendam arborem, aut in eam aliquid suspendendum, ne ramu frangatur, poma sabbatho decerpta non comedenda, non ascendendum in equum, vestem vino aut oleo madefactam non exprimendam aut eluendam, sinapi non commiscendis cum aqua aut vino, non legendum ad lucernam, nisi duo simul legant, Brent. l. d. vide & eund. in c. 12. Matth. p. 477. religiosè statuerunt. jmo dum & Charitatis & Necesitatis opera sabbatho in proximum exerceri prohibuerunt, non audentes iter facere, aut carnem coquere die Sabbathi, proximos tamen vexantes, ijs deniq; misere insultantes, Calvin. in c. 58. Es. ad v. 13. in bruta autem passi fuerunt, ut ipse Salvator testatur. vi. & Luth. tom. 8. Jenens. edit. dict. p. 216. a. b. & seq. Quò & reservendum exemplum illud Salomonis Iudej, qui in Anglia versatus in cloacam die Saturni cecidit, nec inde extrahi voluit, dicens:

Sabbatha sancta colo de stercore surgere nolo,  
quem judex istius loci bellè die proximè insequenti, Solus putandum eum extracti vetust, ultus est, sic patrefamilias, cū quo ver-  
sabatur, succinente.

vel  
ECCLESIASTICVS.  
Sabbata nostra quidem Salomon celebrabis ibidem.  
Ecclesiasticus in templi lectionem & auditum sacrorum oraculorum urget: estq; finis eius, ut memoria repetatur eius vocationis, quā Deus, mundo sex dieb. condito, septimo die requievit: qua memoria conjuncta fuit cum cultu publico, qui in auscultatione verbi Dei & reliqui sacris cernitur. vide Borrh. in c. 21. Exod. p. 581. Brent. in c. 58. Es ad v. 13. Sicut enim in congregationibus, qua instituta fuerunt post lapsum protoplastorum, adduas ab Adamo erectas lapideas columnas non procul à paradyso, quibus historia de creatione, de lapsu & promissione

missione venturi semini fuere insculpta, ut Berossus tradit. pri-  
mi parentes sabbatum sanctificarunt: Patriarchae suas aras  
huius usui destinarunt, e.g. Abraham, Gen. 12.v.7. Jacob, ibid.  
6.33.v.ult. & c. 35.v.3. & seqq. Iosue, Ios. 8.v. 30. Gedeon,  
Iud. 6.v.24. Salomon, 1. reg. 7.v.48. Israëlite circumulerunt  
secum in peregrinationibus arcam fæderis, quam tandem in Silo  
collocarunt, vide Ios. 18. David autem Hierosolymam translu-  
lit, vid. 2. Samuel.c.6.in N.T. in congregationibus publicis eccles-  
ia legem & Prophetas Act:13.vv.14.15. Mosen, ibid. 15.v.  
21. per omnia sabbathia legerant, disputarunt, ibid. 20. iv.7. ver-  
bumq. Dei audiverunt, ibid. 13.v.44. preces habuerunt, ibid.  
16.v.13. Luc. 1.v.10.1. Timoth. 2.vv. 1. 8. Deum psalmis lau-  
darunt, &c. 1. Corinth. 14.v.26. Colos 3.v.16. canam Do-  
mini administrarunt, 1. Corinth. 11.v.20. &c. Act c.2.v.42.  
c.20.v. 7. eleemosynas deniq; collegerunt, 1. Corinth. 16.vv.  
1.2. quò & quidam fractionem panis, Actor: 20.v.7. quam  
jam ad cena dominica administrationem retulimus, referunt.  
vide & si placet, centur. 1. Magd. lib. 1.c. 6.p. 240. & seq.  
ita & nos adhuc tenemur Deum colere.

Necessitatem hujus usus ecclesiastici eleganter demonstrant  
Martin. Bucer. lib. 1. de regn. Christ. c. II. & libr. 2. c. 10.  
Simler in c. 20. Exod. p. 92.

Internus finis, quem externus significabat, vide Hyper. in  
epist. ad Colos. c.2.p. 119. & in epist. ad Ebr. c.4.p. 194. INTER-  
NUS.  
& Simler. in c. 20. Exod. p. cit. quicq; spiritualis, typicus, &  
allegoricus, mysticus q; dicitur, potissimum deniq; & principalis, vi-  
de Luth. tom. 1. Jenens. edit. cit. p. 274 b. & tom. 4. p. 545.  
a.b. & p. seq. a.b. Calvin. in institut. lib. 2 c. 8. §. 29. & in  
comment. in Exod. in exposit. præcept. 4. ad v. 8.  
tis. & in c. 58. Es. ad v. 3. est duorum graduum, Aret. in loc.  
probl. d. p. 171.

Prior est hujus vita, in qua contra vitia, in quibus invenitur  
voluntas

40 voluntas nostra sine voluntate Dni, ut Zanch. vol. cit. p. 844.  
Iequitur, nobis certandum est, Aret. ibid. est spiritualem quietem agere, h.e. à carnis operibus (τὰ ἄνθρωπα, οὐκος ἔγειρε, καὶ εἰς θνητά, αργος, oriuntur, prolixum catalogum texentem vide de Apost Gal. 5. vv. 19. 20. 21.) cessare, idem p. 170. Bulling. tom. I. serm. decad. 2. sermon. 4. p. 48.b. & in prefat. serm. ecclesiast. &c. hoc est, non facere quæ volumus ipsi, sed quæ Deus, vide Zanch. vol. cit. p. 845. quod sit, si sequamur ductum spiritus sancti, ac perferamus, ut voluntas Dei in nobis & de nobis fiat, vide Alexandr. Ales. in epit. catechis. Dn. Melanchth. Deusq; in nobis opera sua operetur, Zanch. vol. dict. p. 244. ut, ex commentatore Damasc. in c. 24. lib. 4. loquimur, servus & ancilla, h.e. perturbationes animi, ira, Voluptas, Timor, Amor, Spes, Gaudium, quæ rationi servire debent, à suis operibus, scil. inordinatis motionibus temperentur, & sub moderatione rationis contineantur in quiete & tranquillitate. Ita super subjugale nostrum, scil. corpus sub anima iugo constitutum, vita nostra tempore quiescat, à suo opere, sensuum scilicet illecebra. vide & Calvin. lib. cit. instit. c. d. §. 29. & Zwingli in c. 12. Matt. deniq; ὡς λόγῳ εἰς ἐπέμβ. ut in novitate vita cum Christo resurgamus. vide Stapleton. prompt. moral. part.estival: dominic; 16. post Pentecost: t. 4. p. 365. sicut Apost. Rom. 6. v. 4. docet. Conspulti sumus &c. & ubi resurrexerimus, cœlestia quaeramus, sapiamus, meditemur, non terrena. Stapleton. l. d. conser & Zanch. p. paulo antè cit. ut item Apost. Coloss. 3. v. 1. ha, Si confurressisti curia Christo, quæ sursum sunt (τὰ ἄνθρωπα) quarite, docet. Si namq; in requiem Dei ingredi volemus, nostrum erit à carnis operibus cessare, sicut DEUS septimo die ab operibus cessavit, ut egregie autor ad Ebr. c. 4. ratiocinatur. vide in illud Calvin. ad v. 10. & Spangenberg. in catechism. in resp. ad quest. antepenult. August. tract. 20. in Iohan.

sta 18-

ita inquit. *Sacramentum Sabbathi antiquis patribus nostris praeceptum nos Christiani SPIRITU ALITER observamus: ut ab omni servili opere, id est, ab omni peccato abstineamus nos, & habeamus quietem in corde nostro, id est, tranquillitatem spiritualem.* P. Galatin.lib. II. de arcan. cathol. veritat. c. 8. in princ. *Spirituale sabbathum aliud non est, nisi non habere peccatum: nullum enim opus servile in eo praeceptum fuit &c.* Sed quid aliud est opus servile, nisi peccatum, cum iuxta dominicum verbum Iohann. 3. omnis, qui facit peccatum, sit servus peccati? Rupert. in c. 12. Matth. de glor. & honor. filij hominis, lib. 9. p. 133. Ita demum violatur sabbathum, si quis faciat servile opus. Servilia operis diffinitio vera est praecepti contemptus. Pertinent huc ea, qua Suid. de Apostolica Politia tradidit his: Απεστολικὴ πλατεία, τράπεζη, ὁ Φιλαλμῶν ἀπόχρεα, γλώσσαις ἐγκράτεια, σώματος διελαγωγία, Φρόνημα Επιπονή, ἐνυόαις καθαέρτης, ὁρῆς ἀφανισμός, ἀγγαρευομένος προσίδει, πυπτόμεν. Οὐτε βαλλε, δοποεργμενοὶ μηδικές, μισθμενοὶ αἰσθατα, διωκόμενοὶ ἀνέχει, βλασφημόμενοὶ παρεγκάλει, νεκρῶσι. Τῇ ἀμαρτίᾳ, συστενέωθη τὸ χριστῷ, ὅλην τὴν ἀράπην μέθε, οὐτε τὸν οὐρανον. Damascen. libr. 4. c. cit. τὴν ἐβδόμην ἐν ημέραιν ἀργίαν μὲν ἀγειν εἰς τὰς σωματικὰς, τοῖς δὲ πνευματικοῖς ἐν αὐχολεῖται προσάστων ὁ νόμος, μυστικῶς πάντοι τὸν χρόνον τῷ ἀληθινῷ Ισραήλ, καὶ τὴν ὁρῶντα θεὸν ἔχοντα ὑπὲρ φῆμε τῷ θεῷ ἐσυτὸν περιέγειν, καὶ ὑπερέχειν τὰς σωματικῶν γνένεας. Sed vide & definit. Graecor. & Iudaorum supra datas, qua hunc ad finem collimant.

Posterior est gradus aeterni illius Sabbathi, cuius in hac vita sola est meditatio, Aret. p. 171. Loquitur de hoc Esaias c. 66. v. 23. & autor epist. ad Ebr. c. 4. v. 9. Pulchre de hac significacione Sabbathi differit Remigius in ps. 91. citant. centur. Magdeburg. 9. c. 4. p. 197. Quod sabbathum illud, quod Iudaicis injunctum fuit ad celebrandum, si signum futura requies, notat liber Genesios, qui cum praecedentes dies per mane &

F

vesper-

41

42. vespere determinat, septimam illam diem, videlicet sabbathum, in quo Deus ab omni opere requievit, per vesperam non determinavit. Quia requies illa, qua per hoc sabbatum futura designatur, nullus tenebris obfuscatur, sed in purissimâ charitate aeternaliter agitur. Haymo citante centur. ead. c. cod. p. 56. Lex aeternâ requiem non dabant, nec de ea agebat, sed de significatione illius quietis: & in hoc erat totius finis: quia lex præcipiebat in sabbato feriari, quod erat signum futura quietis, qua, ut ait Radulph. lib. 16. c. 1. in Levit. citant. centur. Magd. 10. c. 4. p. 259. in septimâ mundi aetate perfecta justus omnibus servatur.

Et hic est verius usus Sabbathi, quem adeò exactè Jehova in tertio præcepto exigit, & verbo Memento inculcat, de qua voce vide Chemnit part. L. C. d. p. 142. & Stapleton. l. d. p. 369. Sanctificari enim, ut Origenes, dicitur id quod à profano seu communi usu separatur, & ad cultum Dei, seu res divinas deputatur. vide & Luth. in c. 2. Genes. quod sit, si finis hie Sabbathi observatur, h.e. collocaatio in opera sancta, ut Dn. Melanchth. in interpret. text. Dominic. 17. post Trinit. loquitur, ut avertamus à Sabbatho pedes nostros, ne faciamus voluntatem nostram in die sancto Dei, & vocemus sabbatum deliciatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificemus eum, non scientes vias nostras &c. vide Es. c. 58. v. 13 quod si non fiet, odio habebit Dominus & projicit festivitates nostras, & non capiet odorem caruum nostrorum, Amos. 5. v. 21. confer Es. 1. v. II. Ierem. 6. v. 20. disperget contrà super vultus nostros fieri solemnitatum nostrarum, Malach. 2. v. 3. &c. Hac est enim propriè Pietas, Religio, Dei cultus & observatio sabbati, ut in Deo, non in nobis, requiescamus, ut illi gratias agamus. Stapleton. l. d. p. 367. confer & si placet, Theodoret. in qq. in Genes. q. 21.

Usum hunc Sabbathi magis, quam ab afflictione & labore inter-

intermissionem ursisse Deum, h. e. in praeceptione magis vocatio-  
mem animi ad Deum, quam intermissionem ab afflictione & la-  
bore corporali, ut loquitur Commentat. Damasc. requisitam,  
doceat Damascen. lib. &c. cit. exemplis

48

I. Mosis qui totos dies quadraginta bis jejunavit, Exod.  
C. 24 V. 18: C. 34. V. 28. (conter, ut Ebrai ex Deut. 9. VV. 9. 18.  
25. colligere satagunt: Secundum enim jejunium, cuius Exod.  
34. V. 28. mentio fit, bis VV. 18. 25. annotatum est, Commen-  
tat. Damascen. verba Damascen. haec sunt: Πεντηκοστή μεσημέρια  
παρεγίνονται ἡμέραις τρισκελίαις παρεγίνονται τρισκελίαις πεντηκοστή  
τρισκελίαις τρισκελίαις (Etc.) & ita diebus sabbathi, quibus tamen ex vulga-  
ta Iudaicorum traditione jejunium non instituebatur, vide Judith.  
3. V. 6.

II. Eliae, qui longo tempore post legem promulgatam incredi-  
bile consecit iter diebus etiam sabbati: intervenientibus quadra-  
ginta illis diebus 1. Reg. 19. V. 8. cum tamen Iudaicis interdictis  
esset longiorem, quam mille passuum viam facere, milliarium  
per agrare, Comment. Damasc.

Commodè hic de Sabbati itinere duo notabimus:

1. Statuti ortum. 2. Itineris mensuram.

De Statuti ortu hoc quoque concluditur, Non esse eius  
causam Deum. De hominibus diversa est opinio. Calvin. in act.  
apost. ad. c. 1. v. 12. Iter sabbathi à lege prescriptum non fuit,  
sed credibile est propter lasciviam populi, qui non facilè contine-  
batur, sed sabbato ad sua negotia excurrebat, reprimendam  
communi sacerdotum concilio editum fuisse, ne ultra duo millia  
sabbato confidere liceret. Tametsi Hieronymus in resp. ad  
Algas. hanc traditionem, à duobus Rabbinis, Atriba & Simo-  
ne Heli fluxisse affirmeret. id. ibid. Anselm. in c. 2. Colos. Si  
quando, inquit, eos (Iudeos) juxta literam caperimus arctare, ut  
non ambulent, nec jaceant, nec stent, sed tantum sedeant (ex tra-  
ditione veterum, quâ jussum est ihs., ut diebus Sabbati sedeant.

F 2

unus-

44 unusquisque in domo sua, & non egredialisatur, nec ambulet de loco  
in quo habitat.) si velint praecepta servare, solent respondere &  
dicere, Barachias & Simeon & Elled magistri nostri tradidierunt  
nobis, ut duo millia ambulemus in sabbatho. in postill. Melan-  
chth. part. ult. p. 204. mentio sit in genere Magistrorum Iude-  
orum, sic: Praterea dicunt, Magistri nostri dederunt nobis legem,  
quod licet ire mille passus &c.

Itineris mensura apud scriptores variet: Nostrorum qui-  
dam duob. millibus passuum hoc describunt, ut centur. i. Magd.  
lib. i. c. 6 p. 245. Olivetum enim tam procul ab Hierosolymis ab-  
fuisse narrat Lucas: erat autem propè eum montem Bethania,  
quam ait Iohannes stadijs quindecim ab Hiero-Solymis abfuisse:  
quod spaciūm duo millia passuum comprehendit. idem & habet  
Calvin. in act. Apost. c. i. ad. v. 12. Osiander. in Εγνησι  
Lector. cit. duo millia passuum confici absq; suspicione pro-  
fanationis Sabbati potuisse ait. Anshelmus l. d. ex sententia  
Iudaorum, duo item millia passuum itineri Sabbathi tribuit.  
Quidam vero mille passibus hoc iter desinunt, ut Hugo in l.  
act. cit. Commentat. Damasc. in verbis citat. Postilla Me-  
lanchth. l. paulò ante cit. Vigand. ex Bedā in explicat.  
catechist p. 435. Adversariorum hi, Calvin. in act. Apost.  
l. cit. Phil. Mornæus de verit. religion. Christ. c. 31: p. 517.  
duo millia, bisve mille passuum statuant.

Sed quid in hac opinionum diversitate affirmandum? Resp.  
Spatiū illud, quod inter Solyma & Bethaniā interjacet, itine-  
ris mensuram definiet. Illud autem est 15. i. q. stadiorum, h. e. cir-  
cūt r. 15. stadia Ioh. II. v. 18. E. circiter duo millia passuum erit  
iter sabbathi, h. e. ad mensuram dimidiij milliaris germanici  
accedet. vide Flac. in clav. SS. part. i. sub voce Sabbath.  
qui & ibid. miratur, unde apud Lyranum ceterosq; recentio-  
res interpretes legamus iter Sabbati non habere plus, quam mil-  
le passus; nisi forte hoc acciderit vitio librariorum.

III. Da-

III. Danielū, qui c. 10. v 3. se tritum hebdomadarum, & sic  
intervenientibus Sabbathi diebus luxisse, panemq; desiderabi-  
lem non comedisse, ait.

IV. Israëlitorum, qui 1. circumcidebant pueros suos, ubi  
octauis à nativitate dies in sabbatum incidebat. 2. Magnum  
jejunium, si secundum temporis rationem in diem sabbati occur-  
rebat, observabant, licet lex präciperet sabbato non esse jeju-  
nandum.

V. Sacerdotum, qui sabbatis in templo sabbathum, quan-  
tum ad operationem, exteriorem manu exhibitam in hostiarum  
immolatione, lotione & præparatione, violabant, & sine crimi-  
ne erant. Matth. 12. v. 5.

VI. Pharisaorum, qui etiam die Sabbati jumentum è fovea,  
si forte in eam incidisset, extrahebant.

VII. Populi Israëlitici, qui septem dies, in quibus erat sab-  
batum arcam Domini circumferabant, Hierichœnag mœnia  
per circuitum demoliebantur.

Fuit res sabbati, succedit quæstio de tempore, ubi quaritur:

An Ecclesia N.T. rectè diem Sabbati in alium diem  
transstulerit?

Judæi negativa subscribunt, Nos affirmativa. Illi anti-  
tiquitate Sabbati & reverentia instituti morti, litem nobis mo-  
vent; Sed ecce, ipse Dei populus nec per 40. annos in deserto sab-  
bata observavit. Iericho enim die septimo occupatur & vasta-  
tur. Ios. 6. vv. 4. 15. 16. vide Damasc. lib. &c. citt. Sed è avlio  
Φαρισαῖοι, que Sabbathiorum sunt, videre liber: quorum est

I. Leges ante Moysen latæ sunt immutabiles, morales & per-  
petuae.

Præceptum hoc de Sabbatho tale est. E.

Resp. cum Chemnit. part. d. L. C. p. 137. totum illud tem-  
pus, usq; ad adventum Messia, tempus umbrarum signorum,  
padagogia &c. etiam ante legem Moysæ, fuisse. Alias enim &

F 3 sacrificia

46 sacrificia & circumcisionem, quæ ante Moysen instituta sunt, nos in N.T: obligatura. idem & habet Ursin. p. 770. ad obiect. 4. Quin & licet ante lapsum à Deo lex de Sabbatho sancta sit, Genes. 2. v. 3. sic ut observatio eius non competit legi in mōte Sina data, sed ante promulgatum decalogum celebrata sit, ut patet ex Exod. 16. vv. 22.23. Sc. sicq; idem perpetuum videatur, cum leges antè lapsum data non videantur typi beneficiorum Messia, utpote de quo non data erat promissio, unā nempe & eadē conditione existente, tamen perpetua non est. Leges enim morales, quarum notitia naturales menti humana sunt impressa in creatione, non sunt typi beneficiorum Christi: ac sic mutationi facta est obnoxia, &c. Ursin. p. cit. ad obiect. 5. vide & Zanch. vol. dict. p. 855.

II. Quale est totum talis & est pars.

Decalogus autem, qui habet rationem totius, lex est perpetua.

E. & tertium preceptum, quod partis tenet modum, perpetuam est.

Resp. esse fallaciam à non distributo ad distributum, minoremq; qua non est completem universalis, limitandam his: quatenus est moralis, vide postill. Melanchth. part. d.p. 196. & seqq. Ursin. p. 769. ad obiect. 1. nec aliquid ceremoniale continet. Wigand. in explicat. catechist. lib. 2. p. 439. Appendices autem sive determinationes moralium praeceptorum significacionis causa usq; ad Messiam servanda fuerunt. Ursin. ibid. vide Pezel. part. 3. obiect. de observat. Sabbath. in resp. ad arg. 1. p. 167. & seqq. Simler. in c. 20. Exod. p. 92. b.

III. Præcepta Decalogi ad omnes pertinent.

E. & tertium præceptum.

Resp. ad antecedens, per limitationem hanc εἰλέγχεται μὴ ἀπωλώσῃ, quatenus sunt moralia. Pelarg. in Damasc. lib. 4. c. 24. p. 237. b. in resp. ad obiect. 1. Ursin. p. d. ad object. 2.

IV. Sabbath.

IV. Sabbatum est pactum sempiternum inter Deum & 47  
filios Israël, signumq[ue] perpetuum, Exod. 31.vv. 16.17. &c.  
E. non fuit abolendum.

Resp. I. ὅμωνυμίαν esse in voce Perpetuum. Nam Perpetua-  
itas consideratur vel absolute, vel relate. Priori modo intelligi-  
tur aeternitas. Posteriori finita perpetuitas, h. e. perpetuatio lon-  
gi, definita tamen temporis, ut Ursin. loquitur. vide Chemnit.  
part.4. exam. Concil. Trid. p. 254. & part. 2. L. C.p. 50.  
n. 4. Pelarg. in Damasc. lib. &c. dd p. 238. in resp. ad ob-  
iect. 4. Pezel. part. obiect. cit. p. 170. & Simler. in c. 20.  
Exod. p. 92.b. in primis P. Galatinum lib. de arcan. cathol.  
verit. II. c. 5. cuius & infra in generalium argumentorum, pro  
totius legis immutabilitate, examine ad §. 7. meminimus.  
Significatio hac posterior patet inter alia ex collatione Ex-  
od. 21. v. 6. & Levit. 25. v. 40. &c. vide & Genes. 17. v. 7.  
Exod. 29. v. 9. Levit. 23. vv. 14. 21. 31. 41. ps. 89. v. 5. lege &  
Hunn. de Sacrament. c. 2. ubi de Circumcisione, quæst.  
17. Ursin. p. 676. M. Leonard. de Ultino in quadragesi-  
mal. serm. 12. le. ev. ait, Pactum hoc non dici sempiternum,  
quod non exprimatur tempus, quoniam observandum sit. Pelarg.  
in Jesuitism. c. 18. p. 137. ait: hoc perpetuum non notare inde ter-  
minate perpetuum, sed illud, quod Politia Mosaica constitutum  
fuit tempus, usq[ue] ad diog. doc. h. e. tempus correctionis. Ebr. 9.  
v. 10. idem & Brent. ad Genes. 17 v. 7. mox citat. & Che-  
mnit. in exposit. v. 31. Levit. 23. tradunt.

II. Si reiecta ὅμωνυμία absolute perpetuitatem hic intelligi  
concedatur, ea tamen non est typorum, sed rerum ipsarum, qua-  
rum veritas in ecclesia sit perpetuò duratura. Hunn. Ursin.  
II. dd. vide & hunc p. 770. ad obiect. 3. & sic Sabato morali  
accommodari à perpetuum posset, quod ad significatum attinet,  
quod est cessatio à peccatis, & quietis in Deo. Pezel. part. obiect.  
d. p. 170

48 d.p.170. Commentat. Damascen. in c. toties cit. sic habet:  
Quod sit, ut sabbatum Iudaorum recte dictum fuerit legitimū,  
sempiternum, & perpetuum, non quidem in se, & literali corpora-  
lī, observatione & rito, sed in sua veritate exemplari & spi-  
rituali illius completione.

V. Causa legis perpetua facit legem perpetuam.

Memoria autem & celebratio creationis, operumq[ue] Dei me-  
ditatio perpetua causa est sanctificationis septimi diei, qua non  
ad Iudeos duntaxat, sed etiam ad Christianos pertinet.

Resp. esse mecum sit p[ro]p[ter]e consequentia: addendum enim ad  
majorem. Si causa illa seu finis necessariò & perpetuò hanc legē  
ceu effectum ac medium requirat: non autem, si alijs tempori-  
bus medijs q[ue] ad eundem finem rectius pervenietur, aut alia lege  
eundem finem non minus consequi legislator possit. Iam vero  
meditatio & celebratio operum Dei alias fieri potest. E. Ursin.  
p.771.ad obiect. 6. Pelarg. in Damasc. l.d. in resp. ad obiect.  
3. p.237. b. sic habet: Nec enim, quia creationis beneficium à  
singulis in utroq[ue] testamento expendendum & recolendum assi-  
due, idcirco memoriam eius per figurās & ceremonias veteres  
servari oportet. Nam & alia Dei beneficia, velut Regeneratio,  
non amplius per circumcisōem; Liberatio ex servitute Egypti-  
aca, per agni paschalis esum: sed alijs inculcantur & recoluntur  
modis. Simler. in c. 20. Exod. p. 92. b. ex falso hypothesis ait  
procedere argumentum: Symbola enim (pergit) carum rerum,  
quarū cognitio est perpetua, h.e. perpetuò necessaria, servanda pre-  
pterea non sunt, quia rerum conditio talis est. Nihil enim ferè in  
veterum omnibus ceremonijs figuratum fuit, quod non sit nobis  
cognitu necessarium, & tamen non propterea ceremonia ille  
revocanda sunt. Dices (verba adhuc Simler.) hoc ideo non fie-  
ri, quod symbola fuerint rerum futurarum, quibus exhibitis  
cessarint: at hoc esse monumentum rei praterita. [Dico etiam]  
prateritarum rerum, symbola fuisse, quæ nobis cognitu utiles  
& ne-

Et necessariae sunt, ut Circumcisio fæderis divini, Pesah liberati-  
onis ex Aegypto, &c.

49

6. Ceremonia tantum Mosaicæ sunt abolita.

Præceptum vero de Sabbatho colendo non demum à Moïse  
propositum, sed ab origine mundi obseruatum est. E.

Resp. ad maiorem, quæ presupponit falsum. Non enim so-  
lum ceremonia Mosaicæ, h.e. quæ Moysis temporibus introductæ  
sunt, sed antiquiores illis, abrogata etiam leguntur. veluti ma-  
ceratio & immolatio pecudum sanctis patribus usitata: lex de suffi-  
focato & sanguine poss diluvium tradita: Circumcisio, quæ in  
Abrahæ incidit atque. Pelarg. in Damasc. p. 237. in resp.  
ad obiect. 2. Simler. in c. 20. Exod. p. 92.

7. Si spiritualis utriusq; testamenti sabbatum est idem,  
etiam unum utriusq; erit sabbatum.

Antecedens verum est. E. & Consequens.

Resp. Pelarg. in Damasc. p. 238. in respon. ad obiect.  
3. esse ἀνεγέρτο ποὺ consequentis. Et si enim, ait, si Christum  
respicias, una eadēq; requies utrobiq; fidelibus ostensa & parata  
fit: non tamē, ut idē symbolū eandēq; figuram & ceremoniā reci-  
piamus, firmè consequitur: alioquin (NB.) eadem oportet in  
Sacramentis N.T. esse symbola, cum illis, quæ antiquitus exhibe-  
bantur. vide & Simler in c. 20. Exod p. 92.b.

8. Octava ratio colligitur (sed quomodo) ex fluvio quodam,  
qui tota hebdomade lapillos trahit, Sabbatho autem quiescat:  
unde & sabbaticus dictus sit, à sacro Iudaorum septimo die sic  
nominatus. Sicut, asunt, hic fluvius sabbato quiescit, sic & ne-  
cessarium esse homines omnes sabbato quiescere, & Iudaici Sab-  
bati observationem retinendam de fluvio hoc agunt Flav. Io-  
seph. lib. 7. bell. Iud. c. 24. Plin. libr. 31 nat. hist. c. 2.

Resp. Pelarg in Damasc. p. cit. in resp. ad obiect. postr.  
nihil pro Sabbathi Iudaici observatione ex hoc fluvio, qui forte  
olim extiterit, nusquam autem hodie appareat, colligi posse: quin  
potius, sicut ille fluvius esse desijt, etiam Iudaici sabbati obser-

G vationem

50 vationem desisse. vidi & P. Galat libr. II. c. 9. lat. 583. lit. E. & seqq. & lat. 584. lit. G. & lat. tot. seq.

Sed age & hoc Iudaorum recentiorum, quæ pro legis Mosaicæ totius h.e. singularum eius partium, ut Chemnit. part. 2. L.C p. 48. explicat, immutabilitate afferunt, argumenta, & quibus, per consequens, partis ceremonialis præcepit tertij stabilitatem perpetuitatemq. probare nituntur, videamus.

1. Quamdiu manes alicuius effectus causa, tamdiu & ille effectus durat.

Legis autem totius h.e. singularum partium legis, causa semper manet.

E. & tota lex semper manebit, proponit hoc ex Iudaorum sententia P. Galat. libr. cit. c. 3. lat. 557. lit. C.

Rsp. idem lat. 559. lit. E. ad maiorem, eam concedi de causa, quam necessariò & per se sequatur effectus. Ubi neganda minor erit, vide locum elegant. Consule & suo modo argumentum supra s. in serie specialium pro Sabbathi perpetuitate argumentorum.

2. Quot sunt homini potestia, tot erunt eius actus. Uniuersiusq. enim potentia perfectio est proprium eius actum.

Hominis autem potestia sunt duplices, alia corporales, alia incorporeos.

E. duo erunt hominis actus, in quibus eiusdem consistet perfectio, corporalis ac intellectualis.

Siz lex ad hominis perfectionem ordinata ad hoc duo cum necessario reducit, omne, quidquid intenderet, vel ad corporis vel ad anima reducens ornementum, illud moribus, hanc intelligentiam ornando: Cumq. homo semper utroq. horum egeat, semper lex, quæ omnia hac administrat, necessario permanere deberet. idem lat. 557. lit. D.

Rsp. id. lat. 559. lit. F. Nihil aliud toto hoc arguento convinci, quam quod ea, quæ ad cognitionem (intellectus) & mores (corporis) attinent, permaneant,

3. Stan-

3. Stante figurato stat figura.

51

Figuratum autem est eternum: quia est aeterna veritas.

E. & figura aeterna erit, & lex Mosaicæ, qua figuris plena est, aeterna erit. id lat. 557. litt. E. F.

R. sp. id. lat. 559. litt. G. &c. per concessionem sed limitatam: non hinc sequit, quod exterior legis observatio obligatoriè mantinet, dum legis figura potissimum in ipso literaliter intellectu, qui nos ad intellectualem allegoriam ducat, consistat. Actus vero corporis exterior est si ad stimulandum coadiuvet, parvam tamen in hoc vim habeat, sed ipsa literalis interpretatio concepta potissimum nos ad hoc ducat & stimulet, else exterius nihil agamus.

4. Si tota lex eodem tempore cum singulis suis partibus promulgata est, aut tota cum singulis suis partibus est eodem modo retinenda, aut tota eodem modo abolenda.

At verum prius. E. & posterius, vide Chemnit. part. 2.  
L. C. p. 48. n. I.

Resp. Burgensis, cuius responsum citat & commendat Chemnit. ibid. p. seq. Deum in legis promulgatione ostendisse, se non habere eodem loco leges Ceremoniales & Forenses cum Decalogo. Nam 1. Decalogus datum fuit primo loco & tempore, ac modo solenniori. Deus enim ipse eum dedit, Exod. cc. 19. 20. Deut. 5. v. 22. Ceremoniales vero & Forenses leges dedit media-  
te, hic v. 31. Tu hic ista mecum &c. 2. Decalogus fuit conscriptus ab ipso Deo, hic v. 22. Ceremoniales & Forenses leges a Mose scriptæ fuerunt. Exod 24. v. 4. Deut. 31. v. 9. 3. Tabula decalogi posita fuerunt in arcam fæderis. Deut. 10. v. 5. I. reg. 8. v. 9. 2. Paralap. 5. v. 10. Ebr. 9. v. 4. ut præceperat Dominus. Exod. 25. v. 21. Deuteronomium vero, quod habebat reliquias leges a Mose scriptas, custodia sacerdotum, Deut. 31. v. 9 & regis, ibid. c. 17. v. 19. commendatum fuit.

5. Deut. 4. v. 2. præcipit Moses non addendum esse ad verbum Domini, quod loquatur Iudeis, nec auferendum esse ex eo,

G 2 loquitur

52. loquitur autem nominatim de ceremonijs & iudicijis.

E. Christiani male ceremonias & iudicia Dei collunt, tamquam Decalogum retinent.

Resp. Chemnit. p. supra cit. Deum constituisse certum terminum durationis, intra quem nihil debebat addi vel dimiri. Promulgato autem novo fidere, antiquari prorsus debuisse verius. Ierem. 31. v. 31. Daniel. 9. v. ult.

6. Qualis causa, tale est causatum.

Deus, qui legum causa est, non est homo, ut mentiatur, nec filius hominis, ut mutetur. Num. 23. v. 19.

E. Effectum, h.e. leges Ceremoniales & Iudiciales non erunt mutabiles.

Resp. Chemnit. ibid. Deum illas leges tulisse, non ut perpetuas, sed ad certum tempus durarent. Ebr. 9. v. 10. E. quia Deus eas tulit, ut mutabiles, ne voluntati divinae non constaret sua immutabilitas, necessaria eorum fuit abrogatio.

7. Ex Deut. c. 29. v. ult. Uniuersam legem in eternum permansuram colligitur. In specie autem loca testantur sequentia: 1. de Circumcisione, Gen. 17. v. 7. 2. de Sabbatho. Exod. 31. v. 16. 17. de quo vide supra in speciali. Sabbathariorum argumentorum examine §. 4. 3. de Paschate, Exod. 12. v. 14. 4. de Ferijs, Levit. c. 23. v. 14. 21. 31. 41. 5. de Lucernis, Levit. 24. v. 3. 6. de Panibus propositionis, ibid. v. 8. 7. de toto sacerdotio Levitico, Exod. 29. v. 9. vide & v. 42.

Resp. ad haec loca P. Galat. lib. cit. c. 5. Chemnit. part. 2. tot. cit. L.C. p. 50. Ursin. in explicat. Catechet. in exam. quæst. 92. dist. 3. p. 676. quos vide. sed & supra in speciali. argument. Sabbathar. examine vide §. 4.

8. Deus ipse prescrivit certos ritus in ceremonijs, & certam formam reipubl.

E. non sine contumelia Dei leges civiles possunt preferri legibus forensibus Mosaicis.

vide solut. huius argumenti in Resp. ad §§. 5. 6. Ursin.

Ursin. p. 678. hanc rationem his proponit: Optima & lu-  
gissima politia forma semper est retinenda. Iudaica politia for-  
ma utpote à Deo constituta, fuit talis. E. retinenda.

53

Resp. id. d. fallaciam hic committi à dicto secundum quid.  
Maiores enim simpliciter, Minores vero secundum quid esse  
veram, cùm Iudaica politia forma fuerit optima non absolute,  
sed illo tempore, illo loco, & in illa gente. Et facit hoc ille, quem  
de Ceremonialium & Forensium legum politiag. Mosaica usus  
antiquo afferunt inter alios finem Theologi, ut essent nota profes-  
sionis, signa & distinctiones, seu maceris, quibus Israëlis ecclae-  
sia à reliquis gentibus ad tempus discerneretur, & à multiplici  
gentium idolomania ad tempus arceretur.

9. Cultus, quem Ezech. c. 40. describit, pertinet ad regnum  
Messiae, & in eo est observandus.

Sed ille cultus est merè typicus & ceremonialis.

E. & idē in regno Messiae adhuc est observandus, & per conse-  
quens, non est abolenda, sed instauranda. Iudaica religio & polutia.

Resp. I. ad Maiores, qua non est simpliciter vera: Propheta  
nāq. vaticinatur quidem de regno Messiae, sed non tantum, simul  
namq. cultus ceremonialis in Iudea post reditum ex Babyloniefir-  
turam instaurationem, & usq. ad Messiam duraturam describit.

2. Ad Maiores. Non tantè typorū instauratiōē promitti, sed  
& sub typicā descriptione pricipue notari ac promitti spirituale  
conditionem ac magnificientiā ecclesia in regno Messiae &c. vide  
Ursin. l.d.p. 677. egreg.

Legem Mosiacam in cunctis ceremonialibus, lege Messiae  
adveniente, confessare, eleganter tradit P. Galat. lib. cit. c. 1. ve-  
terem legem impletam esse, docet id. c. 2. tandem mutabilem fu-  
isse c. 3. immo sapenumero actu esse mutatam, c. 4. demonstrat.  
quem si placet, vide lege & ibid. cc. 10. 11. 12. lege dignissimam.

Nos ergo, quibus constat Sabbathum legale Christianis non  
imponendum, vide Hieronym. in prolegom. epist. ad Ga-  
lat. dum externa temporis observatio nihil prodest Christianis

G 3

(namq.

54 (namq; nō Israēl, utpote, quem Deus ex Aegypto duxerat fortis  
manu, tantum lex de Sabbatho quoad ceremoniale, lata erat, id  
quod inter alia ex Exod. 3 t.v. 17. Deut. 5 v. 15. evincimus. vi-  
de Chemnit. part. d. L. C. [p. 139]. P. Galatin. libr. cit. c. 9.  
sub finem) nec Deo sine interno pij animi affectu placet, ut patet  
ex Es. 1. v. 13. libertate hac per gratiam Domini nostri IESU  
Christi fruimur, ut Colos. 2. v. 16. Apostolus docet, iudicaz-  
imusq; omnem diem, Rom. 14. v. 5. confer Actor. 15. v. 10. &  
seqq. vide & Brent. in c. 25. Levit. p. 298. & seq. ex quo  
nullus altero est præstantior. Luther. in Catechis. maioril. d.  
& Spangenberg. in categis ex eodem, in qq. præcept. 3.  
& Chemnit. part. 4. Exam. Concil. Trid. pag. 256. vide &  
Herman. Bodium in unione dissidentium p. 92. & Hier-  
ron. libr. com. in epilt. ad Gal. c. 4. v. 10. non quidem quasi  
septima dies, qua ante sanctificata fuit, nunc sit maledicta, ut  
non licet in illa quiescere, & conventus ecclesiasticos celebrare,  
sicut olim Summistræ, qui statuerunt Sabbatho non esse à labo-  
re cessandum, ante solis occasum, ne Iudaizaremus, delirarent:  
Apostoli namq; in ea sapè convenerunt & docuerunt, vide Che-  
mnit. part. d. Exam. concil. Trid. p. cit. sed libera observatio-  
ne, absq; superstitione, & non ut cultum Dei in feriendo simplici-  
ter statuamus, neq; ut promere amur justitiam apud Deum. Hyper.  
in c. 4. Gal. pag. 59. omnino absq; necessitate legis Mosa-  
ica, ut docet D. Apost. Gal. 2. v. 4. vide Chemnit. in L. C. p.  
137. Indifferens enim est, quo die fiat publicum ministerium  
Sabbatho, an dominica die, modò sine superstitione & offensione  
piorum id fiat, Alexand. Ales. in epit. ego[n]tra calix[us] cate-  
chism. Dn. Melanchth: vide & hic Bodium l. iam cit. Che-  
mnit. in Loc. Com. p. 138. Libertatem hanc etiam D. Apost.  
suo exemplo stabilit, qui in Actis aliquoties per aliquod inter-  
gros dies continuos iter fecit, cum tamen in V. T. Exod. 16. v.  
29. expressum itineris intermitendi Sabbatho mandatum ex-  
aser.

Liberta-

Liberatem hanc Anabaptistarum non libertatem pronunci-  
ant, molli dictis Col. 2. v. 16. Galat. 4. v. 10. Rom. 14. v. 6. arbi-  
trariq; Iudicium prorsus esse, ac plebem Christianam in Iudai-  
smo soveri, si astringantur Christiani ad observationem certae di-  
ei in septimana: quibus tamen, uti & reliquis diebus festis, non  
oneratur plebs Christi libera, dum eos non legaliter, sed liberè ob-  
servamus, Chemnit. part. exam. concil. Trident. & p. dd.  
vide & Bulling. in præfat. sermon. dier fest. & in c. 14.  
Rom. p. 108. & Zanch. vol. cit. q. 868 & seqq. ubi de diebus  
festis, quæst. 1. longoq; intervallo in hac parte à Iudais differimus.  
Non enim ut ceremoniam arctissimâ relligione celebramus, quâ  
putemus mysterium spirituale significari: sed suscipimus, ut re-  
medium retinendo in ecclesia ordini necessarium, &c. Calvin.  
lib. 2. instit. c. 8. §. 33. confer & Zwingl. oper. part. I. p. 254.  
Simler. in c. 20. Exod. p. 92. b. Ursin. in explicat. cate-  
chet. p. 771. non quod non possimus servare alium diem, sed  
quia prima ecclesia in memoriam resurrectionis Christi hunc di-  
em solennem habere cœpit, cuius exemplum sequimur. Postill.  
Melanchth: part. ult. p. 197. Commodissime pertinet huc il-  
lud Socratis lib. 5. c. 22. hist. eccles: & ðαμος τόνιων οὐ δύνεται  
λέγει, εδὲ τὸ ἐναγγέλια λυγὸν δουλείας τοῦ ταῦ κηρύγματος  
ελθεῖσιν ἐπέθηκεν. Αλλὰ τῶν ἐορτὴν τὴν Πάσχα Εἰ τοις ἀλλας ἐορτασ-  
σοι ἀνθεσποι Διὰ τὸ ἀνίεσθαι τῶν πάγων ἐν αὐτῇς ἐκφέρεται χώρας,  
ὡς ἐβαλήθησαν, τὴν μνήμην τῶν σωτηριώδες πάθεις ἐξ ἔθνες Ἰνδὸς  
ἐπεπλεόσιν, οὐ μόνο ταῦτα παραφυτά ἀπειλεῖσιν οἱ Απόστο-  
λοι ἡμῖν παρηγγειλαν, εδὲ καὶ δικαιοῦσι μωσείαν, ὡς οἱ Μωυσέως  
νόμοι οὐδὲ τοὺς ἀπόστολος, οἵτινες οἱ Απόστολοι διηγεί-  
λασσον. Et paulò post: Σκοπὸς μὲν διν γέγονε τοῖς διστοσέλοις & πε-  
ρι ιημερῶν εορτασμῶν νομοθετεῖν, αλλὰ βίον ὄργον καὶ τέλον θεοσέ-  
βαν εἰσηγήσασθε. Quod hic de Pascha & festis dicitur, id etiam  
de die Dominico observator.

55

Ratio autem fundamentalis huius translationis hac est: Ter-  
tium,

56 tium preceptum partim i<sup>m</sup> morale, stabile & perpetuum, partim  
ceremoniale, mutabile ac temporale. Biga salut. sermon. 107.  
dominic. 16. post Pentecost. P. Galatin. lib. II. c. 9. lat.  
584. lit. B. Dn. Melanchth. in *Ezpijse* tert precept. Alex-  
andr. Ales. p. 4. q. 7. art. 5. vide & Wigand. in expli-  
cat. catechist. lib. 2. pp. 439. 443. Brent. in c. 20. Exod.  
ad vers. 8. & seqq. Chytr. in c. 2. Genes. Chemnit. part.  
d. exam. Concil. Trident. p. 255 Schilt. in *Ezpijse* Cate-  
ches. minor. Luth. in thh. de Decal. th. 120. confer & Cal-  
vin. in c. 2. Genes. Bullinger tom. I. sermon. decad. 2.  
serm. 4. pag. 49. b. & in præfatione serm ecclesiast. dier.  
fest. Simler. in c. 20. Exod. pag. 90. b. Zanch. p. 846. Urs-  
lin. pag. 760. & seq. & passim alios: qua duo (dua partes  
Zanch. l. d.) conspicuū limitibus setungenda sunt. Schilt.

Morale, quod Simler in cap. 34. Exod. p. 177. Substanti-  
ale dicitur, Zanch. p. 854. Substantia mandati. pag. 855. le-  
gu, præcepit, ibid. (rgt' & oīav namq. h. e secundum substantiam  
lex. hec naturalis est. Iunius tom. I. in c. 2. Gen. lat. 27.) na-  
turale id. est, quā Sabbathum sanctificandum præcipitur, h. e.  
certum tempus deputatur cultui Dei extero &c. Bullinger.  
in præfat cit. P. Galatin. l. cit. Zanch. p. 870.

Ceremoniale, quod Iunio l. d. positivum dicitur, Zanch. p. cit.  
accidens legi, eid. p. 870. Mosaicum, est, quā septimus dies  
sanctificari iubetur, vide Galatinum l. d. lit. C. Bulling. II.  
sermon. & præfat. sermon: ecclesiast. citt. & in c. 14.  
Rom. p. 108. & passim Zanch. p. 246. Ursin. p. 761. lun.  
tom. I. in tract. de polit. Mosis observat. c. 7. lat. 1523 &  
in c. 2. Gen. lat. 27. Zanch. p. d. & quā prescripti etiam illis  
(Iudais) fuerunt certi ritus, quibus Deum die Sabbathi colue-  
runt. id p. seq.

De utroq. (Moral. & Ceremonial.) vide in centur. Magd.  
13. c. 4. p. 331. ex Thoma secund. 2. quæst. 122. art. 4. qua  
*ad*

*ad horum perspicuitatem vel maximè faciunt.*

57

Ratione generis, ut veteres locuti sunt, Dn. Melanchth. ad tert. præcept. in L. C. & catech. pueril. Centur. I. Magdeburg. lib. I. cap. 4. p. 127. Schilt. th. 121. Hunn. in c. 12. Matth (Genius enim pars moralis huius præcepti dicitur. vide Ursin. pag. 761. & p. 768. & seq.) Morale est & naturale. Quod enim certo tempore à civilibus operibus vacandum sit, ut tractando & audiendo verbo Dei publicè vacetur, pertinet ad omnia tempora, id. & cœu lex naturæ, ad omnes homines & tempora spectat. Schilt. th. 123. vide & Iunium tom. d. in c. 2. Gen. lat. d. & Zanch. pp. 246. 254. conser & Pezel. l. supra ad obiectiōnem secundam cit. unde etiamnum nos in N. T. obligati, vide Chytr. in c. 2. Gen. Chemnit. part. 2. L. C. p. 145. n. 7. &c. Ursin pag. 768. & seq. P. Martyr. in L. C. l. cit. n. 3. Zanch. p. 251. quem & vide pp. 254. & 255. ubi observat, neq; apud alias gentes, neq; post adventum Christi in sua Ecclesia Deum voluisse huic diei (septimo) sanctificando nos esse obstrictos, propterea quod in substance mandati non posuerit septimum diem, sed diem quietis &c.

Causa finales retinendi generis sunt ferè ha: I. Vera fidei testificatio. 2. Beneficiorum divinorum recordatio. 3. Orthodoxæ doctrina conservatio. 4. Unanimitas Dei celebratio. 5. Dei inhabitatione. 6. Hostium propulsatio. 7. Sanctorum conservatio 8. ad aeternum Sabbathum preparatio. &c.

Pro huius partis perpetuitate finis præcepti militat, qui est publica Dei celebratio in Ecclesia, conservatio & usus ministerij Ecclesiastici perpetuus &c. que cum non sint ad certum tempus alligata, sed ad omnia Ecclesia & mundi tempora pertinent, ipsum præceptum etiam eo extendendum. vide Calvin. lib. 2. initit. c. 8. §. 32. Ursin. p. cit. Dan. lib. Eth. Christ. 2. c. 10. p. 149.

Ratione speciei Dn Melanchth. in L. C. & Catech. pueril.  
H

§8. eril Centur. i. Magdeburg. l.d. Chytr. in c. 2. Genes. Hū. in c. 12. Matth. Ceremoniale est, puta quoad ritum septimi diei, & ad modum cessationis eā die, Melanchthon in L.C. Schilt. th. 120. ideoq; abrogatum. Typica namq; & Pedagogica - torius Vetus. Testamenti ratio, qua tantum usq; ad tempus corre- ctionis imposita est. Ebr. 9.v.10. quo Salvator legem mandato- rum in decretū sītam sanguine suo sustulit. Colof. 2. & interstiu- tium maceria destruxit. Eph. 2. in N.T. exulat. vide Che- mnit. in L.C. part. cit. p. 137. Ursin. p. 768. confer & Alex- andr. Ales. in epit. cit. Unde Ceremoniale totum Iudaicū relinquendum est. Hemming. in enchirid. theol. clas. 2. cap. 1. ad praecept. 3. sub finem. Ex quo & notentur hac, que paulo ante pramittit. Praecepta Dei sunt, inquit, duplia: Catho- licā & Particularia. Catholica sunt, qua omnes obligant ex aquo, aut ad obedientiam, aut ad panam, quia ab omnibus, & ubiq; eorum observatio requiritur. Particularia sunt, qua non omnibus data sunt, sed vel uni genti, aut uni homini. De his tres regula tenenda sunt. 1. Nullum praeceptum adeo particulare est, quin aliquatenus ad omnes pertineat. 2. Quidquid externa- norum circumstantiarum annexum est praeceptis Dei particula- ribus, ut est locus, tempus, persona, numerus, ordo &c. resecandi est, ijsq; quibus ea particulariter mandata sunt, relinquendum. 3. Quicquid est Eidei vel Charitatis reliquum, id totum nobis ap- plicandum est. Hactenus & nō p̄n̄t ille. Sequitur accomoda- zio ex eo. Praceptū tertiu est quidem particulare; particulariter quippe datum est Iudaicū, sed aliquatenus tamen ad nos pertineat. Aliquatenuis inquam, quia cum tria sint in veteri Sabbatho, 1. Ceremoniale. 2. Fides, qualis est beneficiorum Dei commemo- ratio, gratiarum actio, Dei celebratio, &c. 3. Charitatis, qualis est operarum facta Sabbatho remissio: priori lieto, posteriora bina ampleximur. vide eund.

Partis Ceremonialis circumstantiam temporariam hec dé- monstrant;

constrant. Sabbathum septimi diei à Deo in legis promulgatio-  
ne destinatum erat observationi cultus Mosaici, ac datum Iude-  
is in Sacramentum, hoc est, typum sanctificationis Ecclesia per  
Messiam venturum, qui est verum Sabbathi complementum,  
ut pater ex Exo. 31.v.13. Ezech. 20.VV.12.20. E. una cum ca-  
beris ceremonijs ac typis adventu Messiae hac pars impleta & ab-  
rogata est, vide Cal. in inst. lib. &c. cit. §. 31. Ursin. Dā. ll. dd.

39

Porrò & abrogata Ceremonialia ( taxationem se-  
ptimi diei abrogata esse, loquuntur Scholastici ) sic proba-  
mus: Ier. 17. v. 21. hec dicit Dominus: Custodite animas vestras,  
& nolite portare pondera in die Sabbathi, nec inferatis per portas  
Ierusalem &c. Salvator a. Iohan. 5. v. 8. grabatum agyto iam  
restituto tollere pricipet, & factum suum, ut & mandatum con-  
tra Iudeos defendit vv. seqq. ratio ex Matth. 12. v. 8. est ma-  
nifesta, ubi Filiū hominis ( h.e. hominem ) ait κύριος τὸ οὐββά-  
τον, hoc est, autorem & censorem, cui Sabbathum servire, & ho-  
no esse debeat. Aret. quicq; potestatem habeat, in eius precepto  
dispensandi. Osiand. Hunnius in l. cit. taceo quid presentia  
Christi abrogatum sit hoc legale Sabbathi, vide Chemnit. in L.  
p. 140. Eleganter utrumq; Simler in cap. 20. Exod. p. 92.  
complectitur his: Quod dies una cultui divino consecratur, ex  
lege natura est, quod autem hac sit sextima, non octava, vel deci-  
ma, est juris divini sed ceremonialis, in primis lege Chemnit. in  
exam. Concil. Trid. part. d. p. 255. Sed de his etiam supra.

In specie autem Sabbathi in diem Dominicum ( sic autem  
vocatur, cum quia Dominus noster Iesus Christus eā die ex mor-  
te revixit, tūm quia hac dies à Christianis soli Domino Deo no-  
stro, seu sancti tantummodo operibus, que immediate Domino  
Deo nostro serviantur, tribuenda est. Chytr. in c. 1. Apocal. ad  
vers. 10. ex August. serm. 251. vide & Chemnit in L. p. 138,  
Zanch. vol. tot cit. p. 871. Bulling. in præfat. serm. dier.  
fest. translationis causa non est mandatum Dei. Non enim,

H 2 has

60. *hac obseruatio autoritate Evangelij mandata est, sed publico Ecclesia consenserit recepta.* Brent. in c. 23. Levit. p. 110. b. & sponte consuetudineq; quadam pervenit ab Apostolis ad posteroros Bullinger. in prefat. serm. dier. fest. Non n. legimus vel in Evangelio vel Apostolorum literis alicubi disertè esse praeceptam, sed tantum celebratam diem Dominicā, &c. id. ibid. vide & Chemnit. in part. d. exam. Trident. p. 256. quanquam Iustin. Martyr. Apol. 2. pro Christian. ad Anton. Imperat. celebritatem diei dominicæ Apostolos à Christo accepisse tradit, dum ab Apostolis ut ex August. paulo post videlius, instituta sit. confer Synod. Agathens. can. 47. ex sext. Synod. general. can. 8. Translatio autem facta est

I. Ut extaret memoria Dominicæ resurrectionis, in qua perfecta est nostra redemptio, sicut in Sabbatho V.T. perfecta est mundi fabrica. vid. Euseb. lib. 5. c. 27. Hugon. in c. 1. Apocal & in Psalm. 119. Gregor. lib. 1. moral. c. 6. lit. L. Andre. archiepiscop. Cæsar in comment. in Apocalypsi. cap. 2. p. 6. Luther. tom. 4. Ien. edit. dict. p. 544. b. Alexand. Ales. part. 4. q. 1. art. 5. Wigand. in explicat. Catechist. lib. 2. p. 439. Chemnit. in L.C. p. 138. & in exam. Concil. Trident. part. d. p. 256. Hunn. in c. 12. Matth. Rung. disput. Catechet. 4. th. 8. Calvin. lib. instit. &c. citr. §. 34. vide eund. in c. 16. epist. 1. Corinth. ad vers. 2. Petr. Martyr. L.C. cl. & l. dd. n. 3 & inc. 2. Gem. Bulling. in c. 12. Matth. & in tom. serm. cit. decad. & sermon. citr. & in prefat. sermon dier. fest. Aret. in loc. p. 171. Bucer. de regn. Christi lib. 1. c. 11. Hyper. in c. 7. Ebr. p. 327. Jun. tom. d. in c. 2. Gen. Zanch. vol. cit. pp. 846. 871. Stapleton. in prompt. moral. dominic. 16. post Pentecost. text. 4. p. 365. Egregie hæc explicat. August. Serm. 251. hæc: Dominicum ergo diem Apostoli & Apostolici viri ideo religiosa solennitate habendum sanxerunt, quia in eodem Redemptor noster à

MOR-

62

mortuis resurrexit, quicq; ideo Dominicus appellatur, ut in eo à  
terrenis operibus vel mundi illecebris abstinentes, tantum divi-  
nis cultibus serviamus, dantes sc: diei huic honorem & reveren-  
tiā, propter spem resurrectionis nostra, quam habemus in illa.  
Nam sicut ipse Dominus Iesus Christus & Salvator resurrexit  
à mortuis, ita & nos resurrectos in novissimo die speramus.  
Apparet autem hunc etiam in scripturis sanctis esse solennem  
Ipse enim est primus dies seculi, in ipso formati sunt elementa  
mundi, in ipso creati sunt Angeli, in ipso quoq; à mortuis resur-  
rexit C H R I S T U S, in ipso de cœlo Spiritus Sanctus super  
Apostolos descendit, Manna in eodem in eremo primum de cœ-  
lo datum est. His enim speciebus ac talibus indicijs Dominica  
dies extat insignis. Ac ideo sancti doctores Ecclesie decreve-  
runt omnem gloriam Iudaici Sabbathi in illam transferre,  
ut, quod ipsi in figura, nos celebraremus in veritate: Quia  
tunc erit requies nostra vera, quando resurreccio fuerit perpe-  
trata, & remanebit ratio in anima & corpore simul perfecta,  
Ec. hactenus Augustinus. Damascenus lib. & c. citt.  
ἐορτάζουμεν τὴν πλέιαν τῆς ἀνθρωπίνης Φύσεως κατάποντον. Φη-  
μὶ δὲ τὴν Τῆς ἀναστάσεως ἡμέραν, ἐν ᾧ ἡμᾶς δὲ κύριοι Ιησοῦς, οὗτος  
ζῶντος ἀρχηγὸς καὶ σωτῆρος, ἐις τὴν ἐπηγγελμένην Τῆς πνευματικῶς  
τῷ θεῷ λατρεύσοι πληρεχτιανόντες. Ec.

2. Ut extaret memoria educationis vincorum è lacu, qua suc-  
cessit educationi Israëlitarū ex Aegypto, ut patet ex Ier. 16. VV.  
14. 15. (cuius memoria adiuncta fuit Sabbatho Deut. 5. V. 15.  
ut otium illud externum, quod Sabbatho agebant, & sic & Sab-  
bathum ipsum, ipssis esset monumentum, quod forti manu Dei ex  
servitute Aegyptiacâ liberati essent. Rung. disp. 4. Catech.  
th. 10. Zanch. p. 250.) & à Christo in resurrectione completæ  
est. vide Chemnit in L. p. 138. Stapleton. in prompt. mor-  
al. l. cit. p. 368. Verū, quod hic addit, præcipi nobis die domini-  
ca sacrificio (Missæ) interesset, quod in commemorationē mortis do-

H. 3. minica

62 minica offertur Deo, inane & falsum est. Missa enim (ut aperie  
ipse Bellarmin. libr. 2. de Missa c. 7. fatetur his;) Quod dicit  
Chemnitius in scripturis sacrificium hoc missa non reperi, quis  
negat? Neq; enim nos ad scripturam, sed traditionem conscri-  
ptam, Apostolorum referimus hanc constitutionem) non  
babet basin in SS. Frustrè autem colitur Deus mandatis homi-  
num, qui nos custodire & facere ea tantum, quæ ille præcipit, iu-  
bet. Deut. c. 4. v. 2. c. 5. v. 32. neq; quidquam addere ad ver-  
bum, quod nobis loquitur, aut eoc eodetrahere nos cupit, Deut. 4.  
v. 2. confer Proverb. 30. v. 6.

3. Ut extares memoria missionis spiritus sancti, Hugo in  
ps. 119.

4. Ut ecclesia N.T. & Christianorum ab ecclesia V. T. &  
Iudaorum distinguatur, neq; illi de nobis q. Iudaizantibus glo-  
riari possent, Aret. l. suprà cit. Bulling. tom. I. serm. decad.  
& serm. citt. p. 49. b. & in præfat. serm. dier. fest. & in  
comment. in Matth. libr. 5. p. 118. & in c. 14. Rom. p.  
108. Liberavit enim nos Christus à Ceremonialibus Moysis. vi-  
de Wigand. l. paulò ante cit. & p. 443. Bucer. de re-  
gno Christi lib. I. c. II. Hyper. l. d.

5. Ut ab ethniciis ecclesia se iungeretur, qui nonum diem sa-  
cram habent; & à Turcū, qui in consumeliam Iesu die Veneris,  
in quo Deus crucifixus est, feriantur. Chemnit. in L.C. part.  
d. p. 138. Pertinet huc regula 29. quam sancta Synodus La-  
odicena inter alias tradit: Non oportet Christianos Iudaiza-  
re, & in Sabbatho vacare; sed operari eos in eadem die, dominicam  
diem præponendo eidem diei. Si hoc eis placet, vacent tanquam  
Christiani. Quod si inventi fuerint Iudaizare, anathema sit,  
eitant. centur. 4. Magd. c. 9. p. 836.

Translationis autem Sabbathi non, ut Sozomenus eccles.  
hist. lib. I. c. 8. refert, Constantinus Magnus autor est, qui ad  
memoriam resurrectionis Domini diem instituerit dominicam.

que

qua à gentibus dies Solis appellata fuit, ab Ebrais autem prima  
Sabbati: renovavit enim ille verius Apostolicam coniunctudinem,  
quā de novo illam diem otio sacro dedicavit. Huius  
exemplum posse Theodosius, Valentinianus, Arcadius, Leo, &  
Antoninus fecerunt, & quibus severissime prohibitum est pa-  
nis exhibere hoc die spectacula, aut voluptatibus dare operam,  
ut videre est ex eorum legibus, qua extant in Codice. vide  
qua supra de his diximus.

Transtulerunt ergo Sabbathum ipsi Apostoli, qui, cum sci-  
rent Sabbathum inter à Δέοντες referendum ex Spiritu San-  
cti institutione, initio quidem in primitiva ecclesia ex libera  
observatione legale illud dierum discrimen aliquantisper retinu-  
erunt, & sapè in Sabbatho convenerunt & docuerunt; sed cum Iu-  
daei urgerent necessitatem, & statuerent non posse alio die fieri  
sanctificationem tertij precepti, quam die Sabbati, ita ut, qui  
eum non observarent, peccarent ad mortem, Apostoli & Chri-  
stiani, ut non tantum voce, sed & facto ostenderent libertatem  
Christianam, conventus suos in aliam diem, transtulerunt, ne  
Iudeorum opinionem de Sabbathi necessitate confirmare videren-  
tur. Polycarp. Lyser. &c. ut ex act. 20. v. 7. & 1. Corinth.  
16. v. 2. pater, μιαν οὐβάτων, utpote in qua Christus re-  
surrexit, sumpserunt, Chemnit. in L. p. 138. Aret. in c. act.  
& v. citt. Zanch. vol. cit. p. 871. Mīa autem οὐβάτων,  
h. e. una Sabbathorum, est prima dies post Sabbathum, ut à  
Matth. c. 28. v. 1. expresse nominatur, sive prima dies septi-  
manæ, qua prior Sabbatho succedebat, Rupert. in c. 20. Joh.  
ad v. 1. quaq̄ alias dicitur ἡμέρα νεογαλῆ, h. e. dies domi-  
nica, ex Apocal. c. 1. v. 10. propter Domini nostri I E S U  
Christi resurrectionem, Bed. ad c. 24. Luc. & c. 20. Joh.  
Unus enim in SS. quandoq; pro primo ponitur, ut Genes. 1.  
v. 5. Ebrai enim cardinales pro ordinalibus accipiunt. Aret. ad.  
c. 24. Luc. vide & Martyr. L. C. cl. & l. dd. n. 4. Bulling.  
in c. 12. Matth.

Non

Non autem hanc opinione hanc primam Sabbati sumpserunt  
 Apostoli, ac si ea Christi resurrectione sanctificata sub necessitate  
 salutis à nobis sit observanda, sicut Deus in creatione Sabba-  
 tum sanctificavit, ut anima, qua id non sanctificaret, morte mor-  
 reretur: non enim idcirco Christus surrexit altero die post sab-  
 batum, ut consecraret eum diem in externum & politicum fe-  
 stum, &c. Brent. in c. 23. Levit. confer Bulling. in c. 12.  
 Matth. aliudq. D. Apost. Galat. 4. v. 10. &c. Col. 2.  
 v. 16. docet; sed sumpserunt ideo eandem, quod in ea Christus,  
 qui sua resurrectione absolutam abrogationem omnium umbra-  
 gum legis, inter quas est Sabbathum, Coll. cit fecit, surrexit.  
 vide Chemnit in L.p. 138. Bulling. l.d. Iun tom. 1. in  
 c. 2. Genes. lat. 27. ait ipsius Christi observatione atq. institu-  
 to successisse diem dominicam Sabbato: quia Christus & ipso die  
 resurrectionis, & octavo quoq. die usq. dum in caelos ascendit,  
 apparuerit discipulis, inq. conventum eorum venerit. vide &  
 tom. eod. in tractat. de polit. Moys. observat. c. 7. lat.  
 1523. Athanas. in lib. de interpret. psalm. de die domini-  
 nico ait: Olim priscis hominibus in summo precio sabbatum fu-  
 it, quam quidem solennitatem Dominus in diem dominicum  
 transtulit.

Tempus translationis huius, quo Christiani se à Iudeis dis-  
 junxerint, & diem dominicum feriari cuperint, non est memen-  
 gria proditum, centur. 1. Magd. lib. 2. c. 6. p. 503.

Sed de diei dominica observatione plura si expectas, Cy-  
 rill. lib. 12. in Ioh. c. 58. Augustin. ad Casulan. epist. 26. &  
 ad Ianuar. epist. 119. c. 13. vide. quibus & adde Chrysost.  
 serm. 5. de resurrect. qui hanc diem in prisa Ecclesia scribit  
 olim vocatum esse tribus nominibus, 1. diem dominicum  
 quia eo die, qui solennis erat memoria resurrectionis Christi,  
 attendebatur ad verbum & cultum ipsius. 2. diem panis: quia  
 administrabatur cena Domini. 3. diem lucis: quia baptismi  
 quem

quem veteres Φωτισμὸν appellant, administratio in eo ob- 63  
servabatur.

Significat autem nostra dies dominica; que est perpetua re-  
surrectionis dominica memoria, ut cum Christo in novitate vi-  
ta resurgamus, Stapleton. in prompt. moral. dominic. 16.  
post Pentecost. text. 4. p. 635. quod sic docet Apostolus  
Rom. 6. v. 4. Concepisti sumus cum Christo per baptismum  
in morte, ut quomodo Christus resurrexit à mortuis, per gloriam  
patrū, ita & nos in novitate vita ambulemus.

Contradicimus hic articulatè

## I IUDÆIS,

1. Quod Sabbathum observabant in vetustate litera, non in  
novitate spiritus: non intelligentes, quò illa observatio referre-  
tur, quidve significaret, & sic dies & annos, ut loquitur Apost.  
observabant. Stapleton. l. d. Errorē hunc Iudeorum taxat.  
August. contr. Adimant. c. 16. Iudei, inquit, serviliter ob-  
servabant Sabbathū, non intelligentes ad quam rerum significa-  
tionem & pronunciationem pertineret. Hoc in eis culpat. & Apo-  
stolus (Galat. 4. v. 10.) dicens: Dies observatis & menses & an-  
nos, & tempora: & in omnibus alijs culpat, qui serviunt crea-  
tura potius, quam creatori. Nam nos quoq; & dominicam di-  
em, & Pascha solenniter celebramus, & quaslibet alias Christi-  
anas dierum festivitates: sed quia intelligimus, quò pertinent,  
non tempora observamus, sed qua illis significantur temporibus.

2. Quod ab opere servili in Sabbatho non ex amore Justitia,  
sed ex timore pœna, h.e. non liberaliter, sed serviliter abstine-  
bant. Stapleton. ibid. p. 366.

II. SCHOLASTICIS, qui Sabbathum non tam  
abrogatum, quam translatum, nosq; in N. T. ad primam, que  
Dominica vocatur, diem, eadem religione tertij præcepti teneri,  
qua Iudei ad septimam fuerunt obligati, disputant, &c. contra  
Apost. Gal. 4. v. 10. Colos. 2. v. 16. militantes. vide Che-  
muit.

I

mnit. in L. p. 136. unde & ortum est hoc decretale extr. de  
ferijs c. i. Omnes dies Dominicos à vespera in vespere cum  
omni veneratione decernimus observari, & ab omni illicito ope-  
re abstinere.

III. EBIONITIS, qui teste Niceph. libr. 3. hist.  
eccles. c. 13. Sabbathum aliorumq. Iudeorum observationem  
omnem receperunt, & nihilominus nobiscum dominicos dies ad  
Christi resurrectionis memoriam coluerunt.

IV. CAROLSTADIO, qui nullum festum pra-  
ter Sabbathum calendum esse censuit.

V. LUCAE STERNBERGERO Antitrinitario, qui  
dominico die dixit esse operandum, Sabbatho verò feriandum,  
quod Sabbathi dies expresse jesus sis coli, in S. S. de dominico ve-  
rò die nihil prescribatur aut constituantur.

VI. SABBATARIIS, qui Sabbathum Iudeorum  
more observarunt: diem verò dominicam aspernati fuerunt.

vide Pelarg. in Damascen. lib. &c. citt.

p. 235. b.

F I N I S.

τῷ θεῷ τῷ Αὐτῷ Ωδοῖς





ΤΑ ΑΡΓΟΥ.

**P**ag. 1.lin.6.lege occuparentur. p. 2.l. 7. post euōi pone κόμης. ibid.  
lin.8. lege οἱ. p. 4.l.penult.l. ὁμωνυμία. p. 7.lin. 20. lege veteribus.  
ibid. lin.27. pp.citt. lin. ead. ἐρδοῦ. lin.28. ἐπίλα. p. 8.lin.9. ἀντῆ. p. 12.  
lin.24. quo. p. 16.lin.penult. absinendum. p. 22.lin.27. **ΒΑΝΩΣ**  
**ΣΕΡΕΒΡΙΟΓΕΙΤΕ**. p.24.lin.penult. post proponit pone punctū. p. 28.  
lin.18. νυκτικόσεξι. tintinnabulo. crepisq; linn. 29. 30. ηγκοζηλ. 8v. πε. p.  
33. lin. 26. necessitas. p.36.lin.27. Catechet p. 41.lin. 7. Τή. Βαλλε. p.44.  
lin. 14. Osiander in εξηγήσα. p.51. lin. 28. Deuteronomium. ibid. lin.  
ult. post eo pone punctū. p. 55. lin.27. ή οἱ. p.61. lin. 5. sicut. p. 64. l.  
28. hunc.

Quæ aliæ distinctiones pro distinctionibus, minusculæ pro  
maiusculis, & contrà: n quandoq; pro u posita sunt, quæq; lite-  
ræ quandoque inversæ, &c. Candidus Lector nullo labo-  
re corriget:

*Quem valere multum jubemus.*




1. In the beginning was the Word, and the Word was with God, and the Word was God.  
2. He was in the beginning with God.  
3. All things were made by him; and without him was not anything made that was made.  
4. In him was life; and the life was the light of men.  
5. And the light shineth in darkness; and the darkness did not comprehend it.  
6. There was a man sent from God, whose name was John.  
7. The same was in the world, and the world was made by him, and the world knew him not.  
8. He came unto his own, and his own received him not.  
9. But as many as received him, to them gave he power to become the sons of God, even to them that believe on his name.  
10. This was his witness, that he spake many things which were not his own: but  
11. These things came unto him from God; for all that were done by him were true.  
12. For this cause came he unto us, that we might know sin through him.  
13. And he came unto us that we might have life, and that we might have it more abundantly.



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/  
rosdok/ppn737662697/phys\\_0075](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn737662697/phys_0075)

DFG



que à gentibus dies Solis appellata fuit, ab Ebra  
Sabbati: renovavit enim ille verius Apostoli  
nem, quād de novo illam diem otio sacro de  
exemplum posles Theodosius, Valentinianus, &  
Antoninus secuti sunt, à quibus severissimè p  
nis exhibere hoc die spectacula, aut voluptatib  
ut videre est ex eorum legibus, qua extant in  
qua suprà de his diximus.

Transfulerunt ergo Sabbathum ipsi Apostoli  
rent Sabbathum inter à Δι. Φρ. et referendum  
et institutione, initio quidem in primitiva co  
observatione legale illud dierum discrimen ali  
erunt. Et sapè in Sabbatho convenerunt et doces  
dei urgerent necessitatem, et statuerent non po  
sanctificationem tertij precepti, quam die Sab  
atum non observarent, peccarent ad mortem  
stiani, ut non tantum voce, sed et facto ostend  
Christianam, conventus suos in aliam diem, t  
Iudaorum opinionem de Sabbathi necessitate con  
tur. Polycarp. Lyser. §, ut ex act. 20. v.  
16. v. 2. pater, μιαν ουβάτων, utpote in  
surrexit, sumpserunt, Chemait. in L. p. 138.  
& v. citt. Zanch. vol. cit. p. 871. Mīa a  
b.e. una Sabbatorum, est prima dies post S  
Matth. c. 28. v. 1. exp̄s̄ nominatur, si u  
mane, qua prior Sabbatho succedebat, Ruper  
ad v. 1. quaq̄ alias dicitur iηέεγνεγλαν  
nica, ex Apocal. c. 1. v. 10. propter Dom  
Christi resurrectionem, Bed. ad c. 24. Lu  
Unus enim in SS. quandoḡ pro primo ponitu  
v. 5. Ebrai enim cardinales pro ordinalibus a  
c. 24. Luc. vide, et Martyr. L. C. cl. & l.  
in c. 12. Matth.



Image Engineering Scan Reference Chart TE233 Serial No. [redacted]

Patch Reference numbers on UTT

http://purl.uni-rostock.de

/rosdok/ppn737662697/phys\_0077

DFG